



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Disputatio VI. De scandalo charitati contrario.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

non videris te defendere ab accusatore, sed potius illum aggredi, quia accusator non aggreditur armis, sed lingua; & calumnia: lingua autem non videtur coercenda; neque calumnia diluenda armis, sed testibus, & rationibus? Respondeo, si testibus, & rationibus coerceri non potest, & dissolvi calumnia, armis fieri potest, quia à natura concessum est illis mediis uti, quæ ad propulsumam injuriam necessaria fuerint. sic P. Nauarr. Mol. Lessius, Coninch. Sanch. *supra*.

Neque approbo dictum Petri Navarrae, & Sanchez, nempe te esse obligatum occidere calumniatorem, si occulte potes non admisso duello, quia ex occulta occasione calumniatoris inferitur eius perpetua condemnatio, quam foste in duello pugnant euitabit, vt bene dicit Coninch. *disp. 32. dub. 2. n. 20.*

14. Septima causa, ob quam videtur admitti posse duellum, est in defensionem diuini honoris, si aliis à peccatis desistere non vult, nisi cum illo duellum in eas. Sed distinguenda sunt peccata, alia quæ cedunt in injuriam proximi, boni communis, & religionis, alia quæ solum peccanti nocent. Ob peccata: quæ solum nocent peccanti, clarum est te non posse duellum admittere. Ob peccata verò, quæ cedunt in injuriam grauem proximi, & boni communis, & religionis, poteris præcipue auctoritate Principis duellum admittere, si alia via tibi non suppetit defensionis, quia ob hanc rationem licet tibi iniuriantem occideres, quis enim negare poterit te non posse hereticum occidere, si à conculcatione Sacramenti, & profanatione rerum sacrarum desistere non vult? Defendis enim tunc diuinum honorem.

15. Osta causa est terminatio belli inter hostes, & resolutio illius in duellum, & hanc esse causam sufficentem honestandi duellum ex parte illius Principis, qui iustum bellum gerit, nullus dubitare potest, seruata tamen hac conditione, vt non trahat victoriam ad statum magis dubium, quam per bellum. Nam posita hac conditione vicantur plures cædes, pluraque damna vtrinque contingentia in bello, & omnia reducuntur ad paucos. Secus verò esset si spes victoriæ minueretur: grauis enim peccaret Princeps, aduersus suam reipublicam, certam victoriam, quam per bellum haberet, in incertam duelli commutans, peccaretque item aduersus duellantes, cum eos periculo interitus exponeret absque causa legitima. Item licet Principi acceptare, & indicere bellum ad debilitandos hostium animos, & roborandos propriorum militum, quando id videt esse sibi ad bellum necessarium, quia est pars belli, & ad victoriam consequendam sæpe conueniens, ac proinde ex eisdem conditionibus, quibus honestatur bellum, & ipsum duellum tunc honestatur. Sic Suarez *disp. 13. de bello, sect. ult. num. 9.* Sanchez *lib. 2. c. 39. num. 15. & 16.* Valent. 2.2. *disp. 3. quest. 17. punct. 1. vers. ratio autem casus* Petrus Nauarr. *lib. 2. c. 3. in 2. part. ant. 13. num. 294.* Coninch. *disp. 32. dub. 2. num. 28.*

16. Quod si inquiras, an in hoc casu liceat militibus, & Principi se obligare ad non succurrendum sociis, si succumbant? Respondeo licere, quia aliquando licitum est, & permittitur te obligare abstinere ab auxilio ferendo periclitanti, si illud præstare non potes absque graui damno proprio, vel boni communis. Cum ergo in præsentem non possint milites defendere socios, nisi violent fidem datam, totumque exercitum periculo exponant, sit laudabile cessare posse ab hac defensione, & ita Sanchez notauit *lib. 2. in Decal. c. 39. nu. 17.* Suarez *disp. 13. de bello, sect. ult. sine. Coninch. disp. 32. dub. 2. n. 28.*

17. Sed inquires, quæ pœnæ sint impostæ duellantibus absque causa legitima? Respondeo varias pœnas esse impostas à Conc. Trid. *sess. 25. c. 19. de reform.* Primò, aduersus quoscumque dominos temporales, siue Reges, siue Imperatores, qui locum ad Monachiam in terris suis inter Christianos concesserint, fertur excommunicatio, & iurisdicção, & dominio ciuitatis, castri, aut loci ab Ecclesia obtenti, in quo, vel apud quem duellum fieri permittitur, priuantur, et si feudalia sint, directis dominis statim acquiruntur. Secundò, aduersus pugnam committentes, eorumque patros fertur excommunicatio, & pœna confiscationis bonorum, ac infamie perpetuæ, & vt homicidæ mandantur puniri, & si decesserint in ipso conflictu, careant Ecclesiastica sepultura. Tertio, aduersus eos, qui consilium in causa duelli dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemque suaserint fertur excommunicatio. Gregor. verò XIII. in sua constit. quæ est 82. in ordine, incipiente, *ad tollendum detestabilem duellorum usum*, extendit supradictas pœnas, vt locum habeant in duellis priuatis, hoc est, in loco priuato, & non tuto commissis, & absque patris, sociis, vt ad id vocatis, ac sine prouocatoris litteris, & cartellis, & etiam si duellantes duellum, seu pugnam non perfecterint, si per ipsos non fuerit, quominus dictum duellum perfectum non fuerit. Insuper Clemens VIII. anno 1592. Kalend. 17. Septemb. prædictam constitutionem Greg. XIII. pluribus aliis modis extendit, & excommunicationis absolutionem sibi referuat. Quas omnes constitutiones bene explicat Cenedo *ad decreta, collect. 117. P. Casallos tract. de omni genere homicidij, art. 76.* Valer. Reginald. *prax. lib. 2. c. 7. art. 73.* Sanchez *lib. 2. cap. 39. art. 2. n. 19.* August. Barbosa *in remiss. Concilij & de prest. Episc. 3. part. alleg. 30. n. 20.* & alij apud ipsos.

18. Primum, & præcipuum, quod in illis obseruari debet, est, non prohiberi sub prædictis centuriis quamlibet pugnam, sed pu-

gnam ex condito loco, & tempore determinato. Quocirca si aliquis accepta iniuria, & calore iracundie pronouet offendentem statim ad pugnam, non dicitur commisisse duellum, quia non fuit pugna ex condito, vt bene probat Farinac. ex verbis Bullæ *lib. 1. conf. 9. n. 33.* Sanchez *n. 28.* Secus verò dicendum esset, si accepta iniuria diceret offendenti: Exeamus hinc, scilicet ex platea, vbi sunt multi, qui nos impedire possunt, & camus in agrum, & pugnabimus; tunc enim illa pugna iam est ex condito, hoc est, ex pacto, & conuentione, loco, & tempore signato, ac proinde subiecta pœnis supradictæ bullæ Clementis VIII. Idem est, si diceret inermi: Vade, assume arma, hic te expecto: quia iam signat locum & tempus presertim. Sanch. *loc. cit.*

19. Secundò, aduerte excommunicationem, quam duellantes, eorumque socij, & patroni, & Principes concedentes locum, seu non impeditentes, cum possint, & quicunque alij ad id auxilium, vel consilium præstantes incurunt, esse Pontifici referuatam, ex bulla Clementis VIII. At poterit Episcopus ab ea absolueret virtute Trident. si duellum oculum sit, quia non intelligitur ex supradicta bulla hoc Trident. decretum abrogatum, sic Sanchez *lib. 2. c. 30. n. 27.* Bonac. *de cens. disp. 2. q. 6. punct. 2. n. 15.* Barbosa *3. part. alleg. 30. num. 12. o. sine.* Item virtute bullæ Cruciatæ poterit Confessarius electus ab hac excommunicatione semel in vita, & semel in morte absolueret, quia exclusi hæresis, omnes alix censuræ conceduntur. Neque est verisimile, velle Pontificem supradictum privilegium limitare: sic Sanchez *supra*.

20. Tertio, aduerte excusati à supradicta excommunicatione lata in Trident. & aliis decretis Pontificiis, Principem Christianum, qui locum infidelibus concedere ad duellum, quia Trid. expresse dixit, *inter Christianos*, sic relato Deltio affirmat Sanchez *num. 29.* Barbosa *in remiss. Concilij*, Secus verò affirmat, si Christiano pugnaturo cum infidelibus in suo regno locum Princeps concederet. Secundò, excusatur princeps à supradicta excommunicatione, & pœnis, si iustam habeat causam permitendi duellum, quia cum illa permissio licita sit, non potest pœna puniri. Possit tamen aliquando adesse causam, quæ hanc honestet permissionem, non videtur posse dubitari, cum hæc occurrat occasio permitendi aliqua mala, vt maiora cuitentur. Tertio, excusantur à supradicta excommunicatione, & pœnis calu spectantes duellum, quia foruit illæ transibant, quia in bulla Greg. XIII. expostulantur, vt ex proposito spectent, alias hæc visio non videtur ad pugnam incitare. Sanchez *num. 31.* Quarto, excusantur comitantes pugnaturos, si animo impediendi pugnam comitentur, quia ij dici non possunt socij illorum esse, sed aduersarij, neque auxilium illis præbere, sed impedimentum. Adde talem comitarum laudabilem esse, & forte ex obligatione suscipiendum. Ergo pœna affici non debet, sed præmio. Sanchez.

21. Quarto, aduerte cum eodem Sanchez, *num. 32.* aliquas pœnas, præter excommunicationem, suspensionem, & interdictum, relatas in supradicto decreto Tridentini, & bullis Pontificum indigere sententia iudicis saltem declaratoria criminis, vt incurrantur. Quod est infamia, profcissione bonorum, amissioneque loci, in quo duellum committitur, est etiam, cum priuenter iure acquisito. Et idem est ob eandem rationem de inhabilitate ad beneficia obtenta. At de inhabilitate ad beneficia, & officia obtinenda probabile reputat cum Mol. & Nauarr. similiter indigere sententia iudicis, quia non est vlti receptum absque illa incurri.



DISPUTATIO VI.

De scandalo Charitati contrario.

RAVISSIMA est hæc disputatio, & multum necessaria ad regulandas humanas actiones, sed vt distincte procedamus. Videndum est primò, quid sit scandalum, & aduersus quam virtutem procedat. Secundò, quæ actiones ratione scandali illicitæ sunt. Tertio, quæ causæ exerceant ab scandalo dato.

PVNCTVM I.

Quid sit scandalum, & aduersus quam virtutem procedat!

1. Duplex est scandalum, actiuum, & passiuum. Et vtrumque definitur.
2. Triplici rei ruina proximi intendi potest.
3. Nunquam est scandalum, nisi ruina spiritualis proximi succedat, vel intimentur probabiliter successura. Excipit, nisi directè vel proximum cadere.
4. Aliqua notabilia inferuntur.
5. Preponitur quadam obiectio, & sic illi satis.
6. Scandalum passiuum non aduersatur specialis virtutis, sed per omnia vitia vagatur.
7. Scandalum actiuum, si directè volitum sit, hoc est, ex affectu, vt proximus ruat, specialis est peccatum.

Si verbis, & factis moueas aliquem ad peccatum, ea intentione, quia est malum illius, teneris in confessione intentionem exprimere.

Duplex est scandalum, aliud actiuum, aliud passiuum. Actiuum, quod proprie scandalum est, definit D. Thom. ab omnibus receptus 2. 2. quæst. 43. 1. Hieron. & gloss. Math. 18. esse opus minus rectum præbens proximo occasionem ruinæ. Nominè operis, intelliga verba, vel facta, vel eorum omissiones, quodlibet horum, si proximo præbeat occasionem ruinæ, scandalum actiuum erit. Dicitur minus rectum, quia ad peccatum scandalu actiuu necessitati requiritur opus scandalizans esse malum, vel mali speciem habere. Quapropter quando in se non est malum, neque mali speciem habet, vt contingebat in actionibus Christi Domini, & Apostolorum, non censetur tunc præbere occasionem ruinæ, est alij inde accipiant. Passiuum scandalum est, ipsa ruina proximi, quæ aliquando dicitur scandalum Phariseorum, aliquando pusillorum. Scandalum Phariseorum dicitur, quia ruit proximus nulla data occasione legitima, sed ex malitia ipsius vt faciebant Pharisei. Pusillorum scandalum est, quando ex opere aliis bono, sumit proximus occasionem ruinæ, vel quia fragilis est, sicuti ex ornatu femine licito, labi potest fragilis ex fragilitate, prauus ex malitia, & qui licere ignorat ex ignorantia. Sic D. Basil. in reg. breuior. interrogat. 64.

2. Secundo, suppono tripliciter te posse ruina proximi intendere. Primo, directè intendendo ruina illius, quatenus ruina illius, & hoc modo demones nostros calus intendunt. Secundo, etiam directè intendendo ad ruina, non ex affectu vt ruat, sed quia talis ruina tibi, vel alteri utilis est. Tertio, intendere potes ruina proximi indirectè, hoc est intendendo actionem, ex qua prauides proximum casurum.

3. Tertio, suppono nunquam scandalum contingere, nisi ruina spiritualis proximi succedat, vel probabiliter timeatur iudicari: quando enim hæc cessant, cessat & scandalum, vt vniuersi tradunt cum D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1. Quid intelligendum est de scandalo, seu ruina proximi indirectè voluta. Nam si directè velis proximum cadere, vel suadeas casurum, etiam si ipse hinc futurus sit, committis peccatum scandalu. Quis firmior Christo Domino in subeunda morte ob redemptionem generis humani? & tamen quia Petrus Math. 26. num. 2. persuadebat ei à morte abstinere, meruit audire, Vade post me Satana, scandalum es mihi; quia directè malum persuadebat, est Petro malum esse non videtur, ac proinde credo non peccasse. procedebat enim talis persuasio ex nimio in Christum amore, neque tamen sciebat à Patre æterno esse mortem Christo imperatam. Verum si sciret imperatam esse, neque Christum illum licet omittere posset, & peteret omitti, quis potest dubitare peccatum peccato scandalu? Verum si solum intendis ruina proximi indirectè, quantum occasionem aliquam intendis, ex qua proximus occasionem sumere potest cadendi, si de facto non te tibi offerat probabilis illius casus, non committis peccatum scandalu, vt vniuersi tradunt Doctores cum D. Thom. supra.

4. Ex quo fit primò, plures eorum alij peccantes excusari à peccato scandalu, vel quia videntes ita sunt in bono stabiles, vt nullo modo peccatis visis censeantur ad peccatum moueri, vel ita sunt desperati, vt peccatum aliorum nihil illos immutet. Sic optime tradit Nauar. e. confidetur. §. animaduerte, num. 9. de penit. & in sum. cap. 6. num. 19. & c. 14. n. 28. & ex illo Sanch. lib. 1. in Decal. c. 6. cap. 1. §. 1. in 2. tract. 4. disp. 3. sect. 4. n. 84. Bonac. disp. 2. de pecc. 74. §. 2. n. 43. Plures referens Ioan. Sanch. disp. 46. sect. 2. n. 11. in lectando, si ex dicto, vel facto nihil aliud præter admirationem, & rumorem in videntibus excitetur, non debes censeri peccati scandalum commisisse, vt bene notauit Ioan. Sanch. disp. 48. sect. 2. n. 45. quia admiratio, rumor, & suspicio de delicto, si fundamentum prædes non est peccatum, & consequenter causa non erit ruina spiritualis proximi.

5. Dices: Ergo si die Veneris coram aliis carnes comedas, non cenaberis scandalum dare, siquidem ex illa actione potius excitatur in videntibus horror, & detestatio, seu admiratio conscientie tam perditæ, quam propositum carnes comedendi, similiter si religiosus frequenter mulierem suspectam inuiderit, alij religiosi non inde mouentur ad peccatum, sed potius religiosi libertatem detestentur, & tamen scandalum censetur hic religiosus præbere: vt bene probat Nauar. sum. c. 14. n. 31. & tradit Siluest. q. 2. scandalum q. 2. sum. Ergo ad rationem scandali non est necessarium esse proximo occasionem ruinæ spiritualis, & peccati?

Respondeo, si ex supradictis casibus solum detestatio peccati vel admiratio oritur, & ex visitatione femine à religioso facta aliquis rumor, & suspicio de delicto nateretur; censeo nullo modo de peccato scandalu peccaturu; tradit Suar. de char. disp. 10. sect. 1. n. 1. Ioan. Sanch. disp. 48. sect. 2. n. 45. & clarus disp. 46. n. 11. At quia tarò contingit ex supradictis actionibus non dari videntibus, aut scientibus occasionem alicuius ruinæ spiritualis, scilicet videntis libertatis, vel contemendi religionem, religiosi alique personæ adeo regulariter dixit bene Nauar. supra, scandalum præbere, qui abique causa necessaria, vel vitii alicuius mulieris suspitione, consuetudine familiaris virtutis, & qui frequenter moniales debitas claustrum non obseruantes, inuident, ex qua visitatione

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars 1.

frequenti populus accipit occasionem detrahendi, & murmurandi, etiam alioqui castè viat, & recta intentione loca illa frequenter. Item, qui domi suæ habet aliquam mulierem, de qua populus finitèr aliquid suspicatur, siue sit cognata, siue extranea, etiam alioqui nec cogitatione cum ea peccet, quia non est præsumendum ex his actibus solum admirationem, & rumorem oriri, vel finitram suspitionem, & locutionem, sed aliud peccatum graue, quale est religiosi status; & virtutis contemptus, & intentio libertatis vitam agendi.

6. Quarto, suppono scandalum passiuum non aduersari specialiter alicui virtuti, sed per omnia vitia vagari: scandalum enim passiuum, nihil aliud est, quam peccatum scandalizati, quod aliquando est aduersus temperantiam, aliquando aduersus iustitiam, aliquando aduersus religionem, & in hoc omnes Doctores conueniunt. Solum de scandalo actiuo est difficultas, an specialiter alicui virtuti aduersetur, siue speciale peccatum.

7. In qua re certum est, esse speciale peccatum contrarium beneficentiae, & misericordiae, & ex suo genere mortale scandalum directè volitum, hoc est, ex affectu, vt proximus ruat. Hic tamen affectus deprauatus haberi potest, vel ex displicentia proximi, vel aliunde; si ex displicentia proximi habeatur, erit actus odij charitati contrarius, si tamen aliunde habeatur, quia tibi, vel alteri est utilis ruina; tunc erit contrarius formaliter beneficentiae, seu misericordiae; misericordia enim inclinatur miseriam à proximo remouere, quia illius malum est, neque necessarium est, vt talis remotio fiat ex complacencia ipsius, esse enim actus charitatis: sufficit si oriatur ex amore concupiscentiae, quia scilicet tibi utilis est, ita tradit optimè Vasquez 1. 2. disp. 102. c. 5. n. 14. & cap. 6. num. 19. & 20. & probatur ex D. Thom. communiter recepto 2. 2. quæst. 43. art. 3. affirmat enim scandalum per se, seu quo directè ruina proximi intenditur, vt malum illius, opponi correptioni, & correptio necessariò versatur directè circa spiritualis nocuenti remotionem, non ex complacencia personæ, sed alia ratione efficitur scandalum versari circa nocuentum ipsius personæ directè intantum, non ex displicentia ipsius, sed aliunde. Quod autem hoc sit speciale peccatum, nemini esse potest dubium: habet enim specialem deformitatem affectus ille, quo ruina proximi, vt malum illius est, intenditur. Ergo necessariò est dicendus aduersari alicui virtuti, non charitati formaliter, siquidem non est ex displicentia personæ. Ergo alteri. Ergo beneficentiae, seu misericordiae, quia nulla alia videtur esse, cui possit aduersari.

Dices aduersari virtuti, quam scandalizatus lædit, vt si scandalizatus ruit in libidinem, intentio, vt ruat in libidinem castitati aduersari. Fateor quidem castitati aduersari, sed dico habere præterea supradictam malitiam contrariam charitati, seu beneficentiae, & misericordiae. Nam intendere huiusmodi ruina (spiritualem, quia malum proximi est, est specialis deformitas, & contraria castitati, quia ille finis formalis non magis opponitur castitati, quam iustitiae. Ergo assignare debemus aliquam virtutem, cui specialiter opponatur, quæ non apparet alia præter beneficentiam, & misericordiam.

8. Ex quo fit, si verbis, vel factis aliquem moueas ad peccatum ea intentione deprauata, quia malum illius est, non solum te esse obligatum confiteri peccatum, ad quod mouisti, sed illam deprauatam intentionem. Sic Sanch. l. 1. in Dec. c. 6. n. 3. 6. & 8. Valq. 1. 2. disp. 102. c. 5. n. 5. & c. 4. n. 20. Bonac. disp. 2. de peccat. q. 4. p. 4. §. vnic. num. 3. verbi colligitur. Quod si illa deprauata intentio fuit ex displicentia personæ, à fortiori teneris id exprimere, quia talis intentio aduersari tunc charitati, estque actus specialis odij proximi, vt bene Valq. Sanch. supra.

PUNCTUM VII.

An inducere aliquem ad veniale peccatum, ea intentione deprauata, quia malum illius est, esse possit veniale peccatum.

- 1. Negant aliqui. Sed eorum ratio infirma est.
2. Efficacior ratio proponitur.
3. Contraria sententia, scilicet talem affectum esse posse peccatum veniale, approbatur.
4. Satisfit fundam. n. 2. adducto.

Respondeo Valq. 1. 2. disp. 102. c. 7. n. 23. & 24. Regid. de Cominch. 2. 2. disp. 32. dub. 5. n. 53. non posse. Ratio esse potest, quia velle directè alicui veniale peccatum, est velle illi grauius nocuentum quolibet alio bono temporali, cum peccatum veniale quolibet alio temporali nocuento præferendum sit.

Sed hæc ratio infirma est, probaret enim non solum te peccare mortaliter, quando directè induceres ad peccatum veniale ex affectu damnificandi proximum, sed etiam quando huiusmodi affectum non haberes, siquidem tunc causa es proximo grauioris damni quolibet alio temporali. Item probaret, omittentem recitare breuem aliquam orationem ex iustitia debitam peccatum mortaliter, quia priuaret proximum emolumento grauiore

Rx 3



graviore quolibet bono temporali. Non enim metienda est gravitas, vel leuitas huius obligationis, ex gravitate materia spiritualis, comparatione temporalis. Nam secundum hanc comparationem certum est leuissimum damnum spirituale preferendum esse cuiuslibet temporali. Sed consideranda est materia secundum se, & videndum, an in suo ordine sit gravis, vel leuis: cum autem peccatum veniale in genere damnosum spiritualium leue sit, efficitur ex hac parte non posse esse peccatum mortale.

2. Mihi tamen aliunde difficultatem ingerit. Faveor namque inducere aliquem ad peccatum veniale, veniale solum esse: at inducere ex affectu illum damnificandi, graue esse videtur, quia talis affectus non videtur posse provenire nisi ex odio Dei, aut proximi, aut ex desiderio placendi demoni. Ex quo cunque autem horum affectuum proveniat, grauem deordinationem continet. Ergo: Dices posse provenire ex affectu vindictae, quo appetit alium maculari peccato veniali, quia malum illius est. Item potest provenire ex displicentia personae, quae non videtur grauem malitiam continere. Sed contra, quia illa displicentia, & ille appetitus contrarij sunt charitati, vel misericordiae virtuti directi. Ergo habent deordinationem grauem: sicut enim transgressio alicuius leuis praecipit ex contemptu illius mortale est ex contemptu alicuius beneficij a Deo accepti, ingratitude in formaliter committit, & tamen ille contemptus mortalis est. Ergo etiam si ad veniale inducas, si tamen inducas ex affectu damnificandi proximum, talis affectus mortalis erit, est enim diaboli proprium.

3. Nihilominus a communi sententia affirmante peccatum veniale esse talem affectum deprauatum recedendum non est. docet Dignus Thomas 2.2. quae. 43. artic. 4. Nauart. cap. 14. nu. 29. Azorius tom. 1. in sum. moral. lib. 4. cap. 20. quae. 3. Bonacina disp. 2. de peccat. q. 4. part. 2. §. vnic. 2. 10. Suarez de charit. disp. 10. sect. 1. num. 4. Sanchez plures referens, lib. 1. in Decal. cap. 6. nu. 10. Lorca 2.2. quae. 43. in sum. quae. nu. 6. Salas 1.2. tract. 13. disp. 5. sect. 15. n. 142. vers. sed hoc. Et ratio est, quia talis affectus non videtur habere obiectum graue, quia solum habet pro obiecto damnificationem proximi non grauem: sed leuem: sicuti si velles Petrum aliquo veniali peccato infici, & ex hoc affectu persuaderes illi dicere verbum orisolum, talis persuasio ex supradicto affectu non videtur vilo modo gravis esse. Non enim gravis est ex obiecto ad quod persuades, cum hoc sit verbum orisolum, neque etiam ex ratione formali persuadendi, cum haec solum sit peccatum veniale.

4. Neque obstat ratio contraria. Concedo enim affectum damnificandi proximo in aliquo veniali peccato etiam ex displicentia personae posse esse veniale, sicuti supra diximus de contemptu praecipit leuis. Contemptus vero beneficij a Deo accepti grauis semper est, quia tacite Deus contemnitur, cui summa reuerentia debetur, quod in hominibus aliter contingit.

P U N C T U M III.

An si velis, vel inducas proximum ad peccatum, non quia malum illius est, sed quia tibi, vel alteri est vile, pecces peccato speciali scandali.

1. Certum est te peccare eadem specie peccari, qua proximum peccat. Et obligatum esse in confessione manifestare.
2. Proponitur quaedam obiectum, an tenearis ad restitutionem, si malo exemplo ad furtum induxeris? Et si illi satis.
3. Si aliquem prauo exemplo, vel consilio ad furtum incites, simulque cum illo fueris, obligatus es totum in confessione manifestare.
4. Quid dicendum de peccatis, quae sine complice patrari non possunt? An tenearis inductionem manifestare. Resolvitur ut probabilius te obligatum esse.
5. Plures DD. affirmant esse speciale peccatum, talem inductionem aduersus virtutem misericordiae. Et quibus probent.
6. Plures alij DD. censent non esse speciale peccatum scandali.
7. Pro resolutione praenititur te posse dupliciter virtuti contrariari. Primum, eius praecipit. Secundum, eius fini.
8. Ex tali inductione contrariaris es obligationi charitatis, & misericordiae, non tamen eius formali obiecto.
9. Aduersus quamlibet virtutem dupliciter peccare potes omissione actus debiti, vel illi contrario. Et qua sit hac differentia.
10. Soluuntur ex dictis fundamenta vtriusque sententiae.

1. Certum est apud omnes, si velis, vel consulas proximo aliquod peccatum te peccare eadem specie peccati, qua ipse proximus peccat, quia illud intendis. Deinde etiam est certum, si tuo exemplo alium ad peccandum incites, speciale malitiam contrahere necessarium in confessione manifestandam, quia saltem indirecte vis proximi peccatum, illiusque es causa moralis. Ex quo mihi videtur pro certo habendum te peccare illa specie peccati, cui tu peccat is, nisi malum exemplum praebes, quia illud pec-

catum tibi est voluntarium: sic Vasquez alios referens, 1.2. disp. 102. c. 7. n. 33. Bonacina disp. 2. de peccat. q. 4. part. 2. §. vnic. n. 11. Azorius tom. 1. lib. 4. c. 20. q. 6. fine. Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 6. n. 4. & seq. esto contra teneat Salas 1.2. tom. 2. tract. 23. disp. 13. sect. 15. n. 134. Nec refert induxeris, ne opere aliis bono, vel de se malo, nam quomodocumque inducas, & pertrahas proximum ad peccatum, peccati proximi reus eris, quia illius es causa, vt bene probat Valencia 2.2. disp. 5. q. 18. part. 2. Vasquez supra c. 1. n. 1. & 2. Sanchez 2.2. Lorca q. 43. art. 6. disp. 56. n. 5. asserens contrarium esse improbabile.

2. Dices: Ergo si proximus peccat peccato iniustitiae, v.g. furti, vel homicidij, & tu consilio, vel opere, alias prauo illius furti causa, teneberis damna ex tali furto, vel homicidio reparare, si quidem illorum furti causa, peccando, inquam, contra iustitiam.

Respondes, si consilio, vel mandato, illorum causa furti, non est dubium te teneri, quia tunc directe cooperatus furti furto, vel homicidio. Item si subministrasti materiam, vt gladium, scilicet, aliamve actionem furto, vel homicidio concurrentem abique ista causa: sic Valent. 2.2. disp. 5. q. 1. part. 2. vers. unde ad argum. Sotus lib. 4. de iustit. q. 7. art. 1. n. 1. Arag. 2.2. q. 62. art. 5. ibi. Salom. controuer. 2. Bannes dub. 2. Sanchez alios referens, lib. 1. in Decal. 7. n. 19. At si solum prauo exemplo ad furtum induxeris, non videris te teneri restituere, quia is cui damnus est illatum, & tus non habet te obligandi abstinere ab actione, ex qua alius tertius sumit occasionem malum inferendi: peccat tamen contra iustitiam, quia ad hoc peccatum sufficit, si indirecte malum proximi intendatur, seu occasionem illius dederis, sicuti si abique causa iusta induceres aliquem, vt tibi sub vtrius mutaret, peccares contra iustitiam, non quia tibi facis iniuriam, nemo enim te ledere potest, vt dixit Arist. 5. Ethic. c. 6. Sed quia es occasio, vt alius tibi faciat, non teneris restituere, quia tibi obligari non poteris. Ergo bene poteris prauo exemplo contra iustitiam peccare, quin obligeris restituere: et ita teneat Vasquez disp. 102. c. 7. n. 31. Sanchez lib. 1. in Decal. c. 6. nu. 5. Suarez de char. disp. 10. de scand. sect. 2. n. 9. Bonac. de restit. disp. 1. q. 2. pag. 12. n. 1. & disp. de peccat. q. 4. pag. 2. §. vnic. n. 40.

3. Hinc inferatur, si aliquem consilio, vel prauo exemplo ad furtum incites, simulque cum illo fueris, teneris in confessione dicere non solum te furatum esse, sed etiam ad furtum, quod te ipsa sequutum fuit, alium induxisse. Probatur manifeste, quia furtum tuum esse poterat, quin alterum induceres. Ergo ex manifestatione ad te facti, non manifestatur inductio, & peccatum alterius, cuius furti causa. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 16. quae. 1. q. 1. Valq. 1.2. d. 102. c. 3. n. 5. Sanchez c. 6. n. 6. Regid. de Coniug. 2.2. d. 31. d. 5. n. 56.

4. Solum de peccato, quod sine complice patrari non potest est difficultas, an tenearis in confessionem manifestare, v.g. si induxeris aliquem ad tecum fornicandum, an tenearis in confessione manifestare inductionem, vel sufficit dicere te fornicatum esse? Ratio difficultatis est, quia talis inductio ad peccatum subsecutum refertur. Ergo manifestato peccato ea quae ad ipsam referuntur, censeri debent manifestata: ideo enim actus, obiecta, & amplexus praecedentes coitum non obligantur ex communi sententia manifestare coitu subsequuto, quia ex manifestatione coitus censentur alia manifestata. Et praeterea, quia tota malitia horum actuum sumitur ex obiecto, cuius sunt dispositiones, sed similiter tota malitia inductionis sumitur ex actu ad quem inducit. Ergo manifestato actu, inductio debet censeri manifestata: & ita teneat Valq. de penit. quae. 91. art. 1. dub. 4. & dub. 5. num. 34. & est probabilis. At probabilis est te obligatum esse manifestare, quia manifestata copula non manifestatur inductio, cui fieri possit abique inductione, vt regulariter in femina contingit, quae non inducit, sed est inducta. In viris autem, quia regulariter inducunt, forte hanc inductionem non erit opus manifestare, quia subintelligitur, cum contrarium non exprimitur: sic Sanch. lib. 1. in Decalog. cap. 6. n. 14. fine. Regid. de Coniug. disp. 12. dub. 5. num. 55.

5. Quocirca solum est difficultas, an supradictum consilium, vel inductio indirecta, sit speciale peccatum scandali contrarium virtuti charitatis, & misericordiae.

Plures DD. affirmant etiam esse speciale peccatum scandali aduersus beneficentiam, vel misericordiam, ita Suar. de charit. disp. 10. sect. 2. n. 3. Nauart. in man. c. 6. nu. 19. Valent. 2.2. disp. 3. §. 18. pag. 2. Regid. de Coniug. disp. 31. dub. 5. art. n. 45. Salas 1.2. tract. 13. disp. 5. sect. 15. n. 132. & n. 127. plures pro hac sententia referens, qui bene possent explicari de generali scandalo, & non specialia limitat tamen Salas, num. 133. suam sententiam, vt solum sit speciale peccatum scandali, quando efficaciter proximum ad peccatum pertraheres taliter, quod difficillimum esset non consentire. Unde dicit, si sollicitus mulierem etiam nuptam ad peccatum, non intendendo vt finem, ruinam ipsius non haberes, specie necessarii confitendum, si mulier non esset difficillimum sollicitationem respicere. Probant supradicti Doctores suam sententiam, quia sufficit ad contrahendam alicuius peccati malitiam, si illud intendatur, cui illa malitia est necessarius coniuncta. Vt si incedas fornicationem cum vxorata, peccas iniustitiae peccato, quia intendis aliquam actionem cui iniustitia est annexa: sed cuiuslibet peccato proximi est co. unctus cum damnum ipsius, in quo scandalum consistit. Ergo

interdum

intendens peccatum proximi, peccat peccato scandali. Et confite-
mo: si consulas alicui iniustitiam, vel libidinem, non est adu-
ersus alicuius, quod malum illius est: Ergo non solum peccas con-
tra iustitiam, vel temperantiam, sed aduersus charitatem, vel mi-
sericordiam. Probo consequentiam, quia charitas, vel misericor-
dia te obligat succurrere proximo in necessitatibus tam spiri-
tualibus, quam corporalibus. Neque ad satisfaciendum huic obli-
gationi necessarium est, vt succurras proximo ex intentione sub-
leuandi eius miseriam, sed quomodo cunque succurras, satis facies
obligationem, sicuti aduersus illam peccas ex quocunque sine suc-
currere omittas. Ergo etiam ex quocunque sine dampnum
temporale, vel spirituale proximo inferas: peccabis aduersus mi-
sericordiam, quia misericordia efficacius te obligat, ne proximo
dampnum inferas, quam vt illi in necessitatibus subuenias. Item
tota malitia scandali sita est in actu externo inducente proximum
ad peccandum: sed hic actus externus eodem modo inducit ad
peccatum, siue procedat ex intentione ruinae proximi, siue illa in-
tentione careat. Ergo peccatum scandali non pendet ab hac in-
tentione. Denique si sciens ex aliqua actione sibi imminere mor-
tem, peccat contra charitatem sui, si illam faciat. Ergo ad fortiori
peccabit contra charitatem sui, si sciens ex aliqua actione sibi mor-
tem animi imminere: sed charitas proximi eodem modo obligat.
Ergo ex illa teneris nihil facere, quod in dampnum proximi gra-
uiter cedat, Ergo aduersus charitatem peccas proximum scandali-
tando.

6. Ceterum alij plures Doctores censent non esse speciale
peccatum scandali: sed solum generale, atque ad eod. consulente
alicui, vt peccet non peccare alia specie peccati: prater illum in
qua est peccatum, ad quod consulit. v.g. Persuades alicui fornicationem,
peccas aduersus temperantiam, non aduersus charitatem, aut
misericordiam, si ruinam proximi formaliter non intendis: &
ad fortiori si ex tua actione, siue mala siue specie mali habeat,
iple proximus sumat occasionem peccandi. non peccas alio spe-
ciali peccato prater illud, in quo ipsa actio est, & in qua est pec-
catum, ad quod inclinatur: sic docet, & late probat Valg. 1. 2. d. 102.
cap. 4. q. 1. Sanch. lib. 1. cap. 6. num. 3. 2. d. 102. tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap.
7. q. 1. sine q. cap. 20. q. 1. 6. sine q. 2. 1. lib. 2. d. 16. q. 1. 2. Er-
4. plures referit Salas tract. 1. 3. b. 5. sed. 15. num. 124. & valde pro-
babile reputat Bona. de peccat. d. 2. q. 1. 4. p. 8. v. m. nu. 13. vers. mibi
tamum: & est sententia expressa D. Thom. 2. 2. q. 1. 43. art. 3. vt
bene probat Valg. supra.

Probat primo, quia si malum proximi specialiter non inten-
datur non potest laedi: positum virtus beneficentiae, & misericor-
diae: beneficentia enim non respicit pro obiecto proprio ipsius
proximo beneficere, sed beneficere illi, quia bonum illius est, &
misericordia non respicit pro obiecto remotionem mali a proxi-
mo vnequam, sed quatenus illi malo. Nam remouere malum, &
beneficere proximo, aequè est obiectum charitatis, ac misericordiae;
gratitudinis, & aliarum virtutum. Ergo vt hae virtutes distin-
guantur, necessarium est, misericordiam intendere
beneficere miseriam proximi, quia talis subleuatio bona illi est.
Ergo actus, qui positum debet opponi huic virtuti, necessarium de-
bet esse actus, qui velit miseriam proximo inferre, quia mala illi
est. Secundo proba, ab inconuenienti, quia sequeretur ex opposita
sententia consulente alicui fornicationem grauius peccare,
quam ipse, qui fornicatur. Nam qui fornicatur solum aduersus
temperantiam peccat; at qui consulit, non solum aduersus tem-
perantiam, sed etiam aduersus misericordiam, vel charitatem
peccat. Ergo grauius peccat. Peccat inquam aduersus temperan-
tiam, quia est causa fornicationis alterius, & peccat aduersus
misericordiam, vel beneficentiam, quia dampnum inferit. Ergo gra-
uius, item si solum ad contrahendam malitiam oppositam alicui
virtuti iussit velle obiectum, quod illi est materiae, prater con-
trarium, vt in praesenti iussit, vel damnificare Petro, non quia dam-
num illius est, sed quia mihi est vtile; quod obiectum solum est
materialiter contrarium virtuti beneficentiae, & misericordiae; &
charitatis; efficitur sane consulente alicui furum, peccare &
peccato iniustitiae, quod de se constat, & peccato maleficentiae, &
inimicitiae, & ingratitude, si sit benefactor, & odij aduer-
sus charitatem, quia illud obiectum potest esse obiectum mate-
riale omnium illarum virtutum. Deinde sequitur fornicationem,
seu intendente fornicari ex affectu voluptatis, peccare alia pec-
cati specie prater temperantiam, scilicet aduersus charitatem, &
misericordiam, quia sibi malum inferit, & aduersus gratitudinem
Deo debitam de beneficentia accepta. Ergo ne sic multiplicetur
peccata, dicendum est tam consulente fornicationem, quam
illam committente non peccare aduersus charitatem, neque
aduersus misericordiam, quoniam malum, quatenus malum est, non
intenditur.

7. Pro resolutione aduerte dupliciter te posse alicui virtuti
contrariari: Primo, si contrarius sis eius preceptis, & obligationi-
bus. Secundo si contrarius sis non solum eius preceptis, sed etiam
eius formali obiecto. Explico exemplis: Charitas Dei & proximi
te obligat illos non offendere, si autem illos offends, aduersus
charitatem peccas: eius formali obiecto contrarius non es, nisi
tali offensa ex displicentia Dei, vel proximi velis, Item virtus
obedientiae te obligat preceptis superioris obedire, vnde si illam
violas, aduersus obedientiam obligationem facis; at non facis ad-

uersus formale obiectum ipsius, nisi ea violes, quatenus praecpta
sunt, & consequenter non facis aduersus ipsam virtutem forma-
liter. His positis.

8. Dicendum est, cum alium tuo exemplo ad peccandum in-
ducis, te peccare contra obligationem charitatis Dei, & proxi-
mi, & contra obligationem misericordiae, & contra obligationem
obedientiae Deo debita, & contra obligationem gratitudinis ob
beneficia accepta; quia haec sunt species, & circumstantiae gene-
rales omnium peccatorum, in quo cum prima sententia obue-
nit. At non peccas contra formale obiectum charitatis, seu misericor-
diae in quo secunda sententia mihi placet. Nam ad peccandum
contra formale obiectum charitatis Dei, vel proximi, non suf-
ficit facere illi malum, sed insuper requiritur, vt illi fiat ex dis-
plicitate personae. Sunt enim aliqua virtutes, quae in voluntate
consummantur, quales sunt charitas, obedientia, gratitudo, mi-
sericordia. Vt ergo iis vitia contrarietur formaliter debent esse
ex contrario motiuo, obiecto, circa quod ipsae virtutes pro-
cedunt. Explico. Ex gratitudine obligaris Deo seruire ob benefi-
cia accepta; Vt igitur gratitudinis actum exerceas, debes ser-
uitia prestare in beneficij accepti, gratiam, & recognitionem;
alias non eris formaliter gratus. Item obligat te obedientia ma-
iatis superioris obedire: si vis formalem actum obedientiae exer-
cere, debes obedire superiori, quia tibi praecptum imponit. Sic
ergo dicendum est de actibus contrariis his virtutibus: si enim
peccas post beneficium, & gratiam acceptam, obligationem gra-
titudinis violas; quia contra obligationem debitam ex gratitu-
dine facis; at non te opponis gratitudini formaliter, quia ad hoc
necessarium erat, vt ex contemptu beneficij, & gratiae acceptae
peccares, vt docuit D. Tho. 3. p. 7. 88. art. 4. & pluribus relatis
Valg. supra. e. 5. n. 4. Item inobedientia formalis non est, quoties
praecpta superioris transgredis; alias omnia peccata essent in-
obedientiae formales, sed tunc est, quando transgredis praecp-
tum ex intentione transgrediendi seu contradicendi superioris
mandato, sicuti neque obedientia formalis est, nisi quando obedi-
dis praecpto ex intentione obediendi te superiori: ita docuit
D. Tho. 2. 2. q. 104. a. 2. ad 1. Inobedientia tamen est, & contra
obligationem obedientiae facis, ita similiter non peccas peccato
contra beneficentiam, & misericordiam formaliter, quando
tuum ruinae hoc est; peccatum proximi intendis, nisi intendas, qua-
tenus ruina, & malum illius est; quia alio modo misericordiae,
seu charitati formaliter non opponitur. At verè contra obliga-
tionem charitatis, & misericordiae facis. Secus est de aliis virtu-
tibus, quae in opere externo consummantur, vt iustitia, pietas,
temperantia, & aliae similes; cum enim iustitia non respiciat, nisi
aequalitatem, quoadocunque aliquis aequalitatem constituit, mos-
tus ob honestatem ipsius actum iustitiae elicet, sic quoties inae-
qualitatem constituit, iniustitiam formaliter committit. At non
est sic in misericordia, charitate, obedientia, & gratitudine
quae necessarium respiciunt propria obiecta sub aliqua ratione for-
mali.

9. Rursus aduerte dupliciter te posse peccare aduersus ali-
quam virtutem, vel omitendo actum debitum, vel positum con-
trarium efficiendo: si per omissionem pecces, non requiritur vt
sub motiuo contrario virtuti opereris; quia virtutes non semper
imperant actus proprios ipsius, sed obiectis materialibus con-
tenta sunt. Non enim cum tibi imperatur sciuntium, imperatur ab-
stinentia sub motiuo temperantiae, vel sub motiuo obedientiae:
solum enim absentia secundum se tibi imperatur. Quare est
malo sine seipsum, praecpto satis facis, vt diximus. Item cum ex
virtute misericordiae, vel charitatis obligaris Petro necessitatem
patientis subuenire, non obligaris subuenire ex motiuo charitatis,
vel misericordiae: quia non obligaris actum internum misericor-
diae, vel charitatis elicere, sed actum externum, qui est subuen-
tio necessitatis, qui idem est; siue hoc, siue illo sine fiat; ac pro-
inde bene poteris peccare omissione aduersus charitatem, vel mi-
sericordiam, quin destruas obiectum formale harum virtutum.
Secus verò dicendum esset, si peccares per actum contrarie op-
positum charitati, vel misericordiae, quia tunc deberes operari
ex contrario motiuo illius.

10. Fundamenta virtutisque sententiae ex dictis manent so-
luta. Prima enim sententia solum probabat illum actum scandali-
solum contrarium esse charitati proximi, misericordiae, aliisque
virtutibus: quod credo esse verissimum quoad obligationem har-
um virtutum, tamen non sit contrarius earum formali obiecto,
quod ad peccatum non requiritur, quia ad peccandum
contra aliquam virtutem minus necessarium est, quam ad ope-
randum ex illa. Secunda sententia solum probabat inductionem
illam ad peccatum non esse formaliter contrariam charitati, quod
fatetur libenter: at quia est contraria eius obligationi, hoc suf-
ficit, vt absolute contra illam sit, & talis actus dici possit contra
charitatem esse. Neque obstat vnicui actum plures malitias ha-
bere, & pluribus virtutibus esse contrarium, quia hoc non est
inconueniens in circumstantiis generalibus omnium peccatorum.
Neque inde fit consulente fornicationem grauius peccare
quam fornicationem, quia esto contra temperantiam peccet, at
non ita dicitur, ac ipse fornicatur. Item est peccat contra chari-
tatem proximi, ipse fornicatur peccat contra charitatem sui.

DE
STRO
VAY
TOM
IIII



voce amatum tali hora, & sic vocatum capiat, & paniam, vt videtur est in Azucud. lib. & recopilat. tit. 2. leg. 2. num. 17. & alij ad iplo relatis. Sed ea Doctorem iudicio submitto.

PUNCTUM VI.

Vtrum pecces peccato scandali, si parato graue peccatum committere, suadeas committere leuius.

- 1. Si recta via possit diuertere proximum à grauiori peccato committendo, non licet tibi minus peccatum suadere.
- 2. Determinatum occidere Petrum non licet tibi ad reuocationem Pauli recurre.
- 3. Quid, si Paulus pro conferuanda vita Petri teneretur propriam exponere, vel saltem suas diuitias, posses ne consulere tunc hoc minus malum? Resoluitur te non posse.
- 4. Determinatum vini ex pluribus iniuriam inferre, non licet tibi inclinare in aliquem aliorum, tametsi minus damnum, quam alij patiantur.
- 5. Determinato perpetrare graue malum, licet tibi materiam minoris mali proponere.
- 6. Proponitur prima sententia, licere persuadere minus malum parato maius committere.
- 7. Proponitur secunda sententia negans.
- 8. Parato grauius, & leuius peccatum committere, licet tibi ad leuius persuadere, & in hoc sensu admittitur. Prima sententia.
- 9. Si paratus non sit leuius peccatum committere, non tibi est licitum ad illud persuadere, etiam sub fine, vt à maiori desinat.
- 10. Satis argum. num. 6. adductis.
- 11. Quid, si volenti surripere nummos pauperum roges, vt in diuitio surripias, non determinando diuitem? affirmant plures licitum esse.
- 12. Sub distinctione respondetur.
- 13. Tenens ratione huius concilij restitueris, tametsi contrarium sentiat Sanch.

Tertia ab incertis separemus, Primò certum, est, te non posse minus malum suadere, si alia via possit diuertere proximum à grauiori peccato committendo. Quia tunc simpliciter non erat necessaria iustitia illius minoris mali, cum alia via honesta grauius euitari possit, & ita tenet expressè Mol. 2. 1. de iust. tract. 2. disp. 93. §. hac tamen conclusione. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. num. 15. & 21. Lessius. l. 2. de iust. c. 13. l. 23. n. 19. neque vilius in hac parte dissentit.

Secundò, certum est, determinato occidere Petrum, nullo modo licere consulere, vt Paulum eius conflaginarem neces, vt faceret, & volenti à Paulo furari centum persuadere, vt hancem quinquaginta furetur, quamuis contra teneat Valq. in opus. de scandalo dub. 2. numero 14. S. mihi tamen videtur. Quia sic consulere infert tertio damnum, quod ipse non tenebatur libere, non enim tenebatur diuitias suas offerre, vt alterius indemes seruaret, neque vitam suam exponere, vt alterius vitam conseruaret. Ergo si medio tuo consilio causa es illius damni profecto peccas, & ad restitutionem teneris; & hac ratione plures condemnant factum Loth, qui Sodomitis volentibus irruere in hospites, obtulit filias stuprandas, non enim iniuria filiarum debet precium voluntatem Sodomitarum auertere, & ita tradit Lessius lib. 2. c. 13. dub. 3. num. 20. Petr. Nauarr. l. 3. de restitut. cap. 4. numero 24. in secunda edit. Mol. supra. Sanch. plures referens. numero 4.

Dices. Ergo quando Petrus teneretur suam vitam vel diuitias exponere, vt grauisimum damnum alicuius euitaretur, posses volenti hoc grauisimum scicere, persuadere, vt Petro diuitias vel vitam auferat, quia de hac persuasionem conueni non potest, cum ex illa non obligetur damnum aliquod pati, quod ipse illis pati obligatus non esset? Concedit Valq. in opus. de scandalo dub. 2. sine. Nauarr. l. 3. cap. 4. notab. 4. num. 21. in secunda edit. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. num. 24. Bonac. de restit. disp. 1. quest. 2. pag. 70. n. 14. Lessius. n. 21. Sed credo contrarium esse probabilius: nam esto Petrus teneretur vitam, vel diuitias suas exponere ad vitandum graue reipublice damnum: at ipse inferens non potest illi rale damnum efficere, sed peccat grauius. Ergo tu non potes consulere talem damni illationem, ad summum enim poteris materiam minoris peccati proponere, vt statim dicemus, non ad illam inclinare.

Ad secundum si dubius sit aliquis, cui debeat iniuriam inferre, determinatus tamen inferre vni illorum, poteris ne suadere, quod minus est, v. g. Determinatus est furari, vel à Petro diuitie, vel à Paulo pauper licet tibi consulere, vt Petro diuites furetur? Respondo licitum tibi esse solum in genere consulere, minus peccatum esse à diuitie, quam à paupere furari, & casu quo ipse determinatus sit furari, peccatum minus committat: in hoc enim nulla apparet suspitudo, cum alterius voluntati determinationem electionis etiam minoris mali relinquant. Verum

non poteris consulere, vt à diuitie furetur, & pauperem relinquat; quia huius furti determinati causa eris, quod furtum forte non foret, si tuum consilium non adesset, eaque de causa diues de te merito conueni potest, tui causa illi damnum factum esse, forte non faciendum; & ita tenet Nauarra, & Sanch. supra. & Lessius l. 2. cap. 13. dub. 3. n. 22.

Tertio, Certum est determinato perpetrare graue malum, licitum esse materiam minoris mali proponere, vt sic retrahatur à maiori malo committendo. v. g. Sodomiam intentanti, licebit tibi fornicationis materiam proponere, & determinato homicidium facere, vt bona furetur, licebit tibi proponere, quomodo exercendo vltimas possit bonè conlequi, quia hanc propositionem non inducis directè ad fornicationem, neque ad vltimas, sed solum viam ostendis, qua grauius peccatum euitari possit, & licet via mala sit, at tu non inclinas, vt illac pergat, sed solum dicis illam esse viam grauioris peccati vitandi, quod verum est; & ita tenet Couarruu. 4. decret. 1. p. cap. 4. in princ. n. ult. ad finem. Caiet. 2. 2. q. 78. artic. 4. notab. 3. ad finem. Valen. 2. 2. disp. 5. q. 21. p. 4. §. hoc ipsum. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. n. 19. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 22. & Doctores statim referendi. Et in hoc sensu excusant plures factum illud Loth. Genes. 19. Dicunt namque Loth, solum in oblatione filiarum obtulisse nefandis illis vitis materiam expendendæ libidinis minorem illa, quam ipsi intentabant; at nullo modo persuasisse, aut conuulsisse, vt facerent: id enim prauè illorum voluntati reliquit: & probabile est ita Loth excusari posse, ex animi perturbatione, qua non attendit parentum obligationem esse tuendi pudicitiam filiarum, neque eas tanto periculo exponendi, vel quia solum ad declarandam immunitatem sceleris, quod Sodomiticè intentabant, obtulerit filias, non quia intelligeret inde eas alicui periculo exponi: sicuti soles dicere iracundo Interfice me, & ne illi damnum faciat non intendis, vt te interficiat, sed solum declarare affectum, quem habes retrahendi alterum à peccato. Excusari autem debere Loth à peccato in hoc facto, mihi certum apparet: & 2. Petri 2. vbi nominatur Loth iustus, cum è Sodomis eductus fuit, quo tempore filias obtulit. Signum ergo est in tali oblatione mortaliter non peccasse.

Difficultas ergo est, an determinato graue peccatum facere liceat expressè consulere, & persuadere, vt minus efficiat, si alia via diuerti non potest? Prima sententia tenet id licere, quia non persuades minus malum absolute, sed sub conditione, quod aliud grauius sit effecturus. Sed casu quo grauius sit effecturus, bonum est illi persuadere, vt minori malo contentus sit, quia in hoc vtiliter eius, & Dei negotium geritur. Ergo non peccas, & ita tenet Sanch. plures referens, lib. 7. de matr. disp. 11. n. 15. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 19. Rebellus lib. 2. q. 13. sect. 4. num. 21. Mol. 2. 2. disp. 35. n. 3. & tom. 3. tract. 2. disp. 730. n. 3. Bonac. cum alijs d. 1. de restit. q. 2. p. 7. n. 8. Valq. in opus. de scand. dub. 1. §. 2. Valq. legitur, & qui transcribit omnia, quae de scandalo assertit Basil. de Leon. lib. 5. de matr. cap. 18. §. 5. n. 26. & videtur esse sententia D. Aug. relati in cap. si quod verius est, §. 2. vbi loquens de volente occidere uxorem, & ducere concubinam, dixit vtrumque nefarium esse, nec debere vnum pro altero perpetrare, sed vtrumque vitare, sed si facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium. Ecce qua ratione August. consulit minus malum parato maius facere.

Secunda sententia docet nullo modo licere minus malum consulere parato maius efficere. Quia illud consilium & de minori malo absolute est de malo: comparacium enim supponit positium, sed consulere absolute malum, est illicitum. Ergo. Secundò, electio libera leuioris mali nunquam est licita, quantumcumque à determinato grauius committere. Ergo nunquam erit licitum consilium illius. Consilium enim nunquam potest licitum esse de materia, quae nunquam potest esse licita: & ita tenet Caietan. 2. 2. questione 78. art. 4. notab. 3. ad finem. Couarruu. 4. decret. 1. p. capite 4. in princ. n. vltim. ad suam. Syluest. matrimonium. 7. quest. 5. disto. 9. Eman. Saa. verbo peccatum. num. 8. Valen. 2. 2. disp. 5. q. 21. p. 4. Contad. de contra. lib. 2. q. 26. coroll. 1. §. 2. quae inferit ex 2. conclus.

In hac te primo dicendum existimo priorem sententiam esse veram, si consulas, & persuadeas minus malum ei, qui non solum grauius, sed etiam minus paratus erat efficere; quia in tali non consulas ad minus malum, sed ad earentiam præcisè maioris; neque determinas delinquentis voluntatem ad minus malum, sed potius retrahis à graui committendo: quod hoc exemplo manifestatur. Determinatus erat Petrus occidere Franciscum, vt ab illo furetur pecunias, persuades, vt contentus sit furto, relinquat occasionem, intendit occidere, rogas vt contentus sit vulnerare: in hoc enim consilio nemini damnum inferes, non Petro, siquidem citras ne cotriminibus eius anima maculetur, neque Francisco, cum vtiliter eius negotium facias. Ex quo sit licere tibi non solum consulere furtum Petro in illo casu, sed ad eam actionem materialiter sumptam adiuuare, eo quod non adiuues in actione, quae de se illicita & mala sit, sed potius vt à te procedat bona & honesta est, siquidem procedit ex tacito, & præsumptio consensu domini, qui vt mortem euitet, ceteris tibi facultatem donare adiuuandi furtum, vt tali adiutorio impedi-

DE STR...
ALON...
TON...
I...
I...

PUNCTUM IV.

An ex peccato publicè factò malitia scandali oriatur?

- 1 Proponitur, ratio dubitandi.
- 2 Peccatum publicum malitiam generalem scandali habet.
- 3 Peccatum publicè tenetur in confessione hanc circumstantiam manifestare.
- 4 Si tuo factò nullum scias mouendum ad peccatum, vel solum mouendum ad veniale, non peccas nisi venialiter.

Ratio dubitandi est, quia tunc nescis quis mouendus sit ex prauo tuo exemplo ad peccatum, quia peccata occasione tui prauè exempli efficienda sunt. Ergo prauum tuum exemplum scandali malitiam habere non potest. Probo consequentiam, quia nullam malitiam contrahere quis potest, quin prius illam cognoscat & sibi representetur: cum autem nulla malitia tibi specialiter representetur, nullam specialiter contrahis: dicere autem, quod omnes malitias contrahas videtur ridiculum. Item certum tibi esse potest non omnes videntes esse mouendos ex tuo peccato ad peccatum, sed ad summum aliquos: necis tamen qui sint. Ergo Tale scandalum, neque speciem, neque numerum peccati habet determinatum: & videtur ita sentire. Nauarr. sum. cap. 14. num. 33. Vbi ad peccatum mortale requirit certam aliquam personam esse inducendam, neque sufficere (inquit) credere aliquem generaliter peccaturum. Sicut nec sufficit ad peccatum suspicari aliquem male viuere in aliquo oppido, etsi nulla sit ad malè suspicandum ratio, cap. Officius de electione. Ellet tamen, si in particulari de aliquo malè suspicaretur.

2. Nihilominus dicendum omnino est peccatum publicum malitiam generalem scandali habere; quia negari non potest de se mouere ad malum, & ad contemendam virtutem & liberius viuendum, & per accidens omnino esse, si nullus ex illo moueatur, per se tamen est, vt aliqui moueantur. Ergo iam peccans causa est huius mali. Quod autem in particulari nescias, ad quod peccatum videntes mouendi sunt, & qui sint mouendi, non obstat, quominus determinatam malitiam scandali contrahas, sicuti contraheres, si aliquos absque vlla determinatione persuaderes, vt peccatum mortale committerent, talis persuasio & vna est, & vnam malitiam habet, etsi obiectum videatur esse nimis commune, & confusum: quæ autem hæc malitia sit reputo esse malitiam aduersus charitatem reductiue: charitas enim vt regina omnium virtutum obligat ne fiat aliquid, quo Deus offendatur, & eius diuina amicitia deperdat. Ergo qui daret occasionem, vt Deus offenderet, & eius diuina amicitia dissoluatur, aduersus charitatem procedit. Ergo peccas peccato scandali: & ita tenet Azor. 10. 2. instit. moral. 12. cap. 16. quæst. 3. Bannes, 2. 2. q. 43. art. 4. Petr. de Ledesma 2. 10. sum. tract. 4. cap. 5. dub. 3. Bonac. disp. 2. de peccatis. q. 4. p. 2. §. unico. n. 14. Sanch. lib. 1. in Decal. cap. 7. numero 7. & numero 20. & colligitur ex Nauarr. capite 14. n. 44. vers. vicesimo octauo.

3. Ex quo fit te peccantem publicè teneri fateri in confessione, publicè peccasse, quia cum non sciat, quor personæ mouendæ sint ex tuo malo exemplo debes periculum explicare: si enim scires, quor personæ mouerentur, & ad quæ peccata, & numerum personarum, & speciem peccatorum tenebaris explicare: aliàs non satisfacis, siquidem non declaras speciem peccati neque numerum peccatorum: ita Sanch. n. 9. Bonac. n. 42. & 44. Valq. 12. disp. 102. cap. 6. num. 8. Ioan. Sanch. disput. 46. select. num. 11.

4. Fit secundò, si tuo factò quantumuis prauo, scias videntes vel non esse mouendos ad malum, vel solum esse mouendos ad veniale peccatum, solum peccatum veniale scandali habebis, quia in tantum peccas hoc peccato, in quantum causa moralis es peccati aliorum. Ergo si solum credis alios ad veniale tantum peccatum mouendos esse, venialiter tantum peccabis, & ita docet Sanch. libro primo, in Decalog. capite sexto, numero decimo, Bonac. disputatione secunda, de peccatis. questione quarta, parte secunda, §. unico, numero undecimo, versicul. hinc sequitur. Ioannes Sanchez supra.

PUNCTUM V.

Utum pecces peccato scandali, offerens alteri occasionem peccandi, vel oblatam non tollis, cum possis?

- 1 Quo sine id fieri possit, & an quilibet reus suis excuset.
- 2 Permittere peccatum alterius, vt deprehensus in illo puniatur, est peccatum.
- 3 Permittere, vt deprehensus corrigatur effecacius, licitum est. Debet tamen cerè de correctione constare.
- 4 Permittere peccatum, vt te indemnem serues, licet.
- 5 Offerre occasionem peccandi ob prædictos fines non est licitum.

6 Contrarium defenditur ab aliquibus. Et expenduntur aliqua qua probabilem reddere videntur supradictam sententiam.

Sea intentione, vt delinquat, non auferas ab illo occasiōnem peccandi, clarum est te peccare ob circumstantiam prauis finis. Dubium tamen est, an si aliquo recto fine moueris, à peccato excuseris? Moueri tamen potes, vel vt deprehensus in delicto puniatur, vel vt corrigatur, vel vt te indemnem serues: quocumque enim ex his modis moueris, non videris peccato alterius consentire, sed permittere.

2. Dicendum tamen est, si permittas peccatum alterius, solum vt deprehensus illo puniatur, peccas: quia non videtur hæc sufficiens causa honestandi permissionem: pena enim non est per se digna, vt appetatur, cum solum ob peccatum possit imponi: imò cum antecederet ad peccatum, penam peccati intentione imò cum antecederet ad peccatum, censeri intendere fecerit Med. C. de dis. tacite ipsum peccatum censeri intendere fecerit Med. C. de res. 9. 12. Sanch. 1. 10. de matr. disp. 12. n. 52. Bonac. disp. 2. de peccatis. q. 4. p. 2. §. unico. n. 28. Affirmant namque peccati mortalis reos esse custodes cum se abscondentes, vt viatores illic ingredientes compellantur ad penæ solutionem, quod est satis durum.

3. Verum si permittas peccatum alterius, vt sic deprehensus corrigatur, constat ex his que diximus, disp. de correct. punita. 6. licite fieri posse, quia tunc videtur sufficiens causa honestandi permissionem correctio absoluta delinquentis: tradit vltra Doctores ibi relatos. Nauarr. sum. c. 17. n. 123. Nauarra lib. 3. de res. c. 4. n. 103. 2. edit. Valent. 2. 2. disp. 5. q. 6. p. 5. dub. 7. in fine. Sanch. alios referens de matr. 1. 10. disp. 12. n. 52. Bonac. disp. 2. de peccatis. q. 4. p. 2. §. unico. n. 28. Mol. tract. 3. disp. 739. n. 3. Ioan. Sanch. disp. 11. n. 107. Debet tamen serè certo constare, de emendatione futuræ, sic emendationis firmioris, & efficacioris spe compenietur sufficienter permissio delicti præsentis.

4. Dico secundò vt te indemnem serues, potes delictum permittere, qua ratione potest maritus suspicari uxoris adulterium, vel illius secretò concubis, adhibere secum testes, quibus possit adulterium probare, & dinorium facere. Cum enim grauissima viro irrogetur iniuria, si vxor adulterium committat, & cogatur simul cum illa cohabitare: poterit hanc iniuriam, propulare, & cum non appareat alia via commoda qua propulare possit, nisi permitiendo peccatum, & testibus comprobando delictum, licebit permittere, & testes adhibere: & ita tradit Nauarra. num. 104. Sanch. n. 52. Bonac. numer. 33. Mol. tract. 3. de iustit. disp. 55. in fine.

Difficilis est, an liceat ob prædictos fines offerre delinquentibus occasionem delicti committendi?

5. Communis sententia negat id esse licitum, quia id non est permittere malum, sed ad malum cooperari: ita Eman. Saa verbo peccatum n. 2. Sanch. lib. 10. de matr. disp. 12. n. 53. Bonac. de peccatis. disp. 2. q. 4. p. 2. §. unico. n. 28. & 34. Ex quo inferunt. Bonac. & Sanch. non licere marito pacisci cum vxore, vt amatio eius consistat violatè tentanti, conuenire, concedens tempus & locum, non vt adulterium perficiat, sed vt in crimine deprehendatur, quia talis oblatio est tacita, imò expressa acceptatio adulterij intentati, quod de se est illicitum.

6. Verum Petr. Nauarra lib. 3. de res. cap. 4. 1. part. dub. 21. n. 104. in 2. edit. existimat licere, sed raro offerre delinquentibus occasionem peccandi: Et probari potest. Primum quia offerri potest occasio medio aliquo indifferenti, vt contingit, si pater volens deprehendere filium furantem, relinquat clauem in arca quasi oblitam, apponaturque nummos eo in loco, quo commode illos possit surripere, & surreptionis conuicti, tunc, inquam, actioem præstat indifferentem, & in hoc casu tenet Ioan. Sanch. disp. 35. circa finem, cum aliis. Item si mulier sollicitata ab aliquo, cuius non possit importunitatem repellere, vtatur æquiuocatione aliqua, qua sollicitanti videatur annuere, in re tamè non annuas non videtur peccare. Si enim dicat sollicitanti placeat mihi, vt tali hora, & tempore venias: ostium apertum erit, Verba hæc indifferencia sunt, & licet sonent sollicitanti acceptationem adulterij, at re vera acceptatio non sunt. Ergo licite poterit illis vt, cõ sufficientem causam habeat vrendi æquiuocatione. Deinde est illa verba attentis circumstantiis videantur esse acceptatio adulterij intentati. At re benè perpenla, acceptatio non sunt. ed quod sæpè soleant non ad adulterium perficiendum, sed ad puniendum intencatum assumi. Non enim dicit mulier: contenta sum, vt tu prauam voluntatem exequaris, sed solum dicit: contenta sum, vt tu hac nocte venias: que verba indifferencia sunt, vt veniat ad adulterium, vel ad recipiendam illius punitionem, qua mulier pellat molestiam, & defendat honorem. Adde l. quis seru. 10. 20. Cod. de furtis, vbi dicitur posse seruum requisitum ab aliquo de furto committendo nunciare domino, & de consensu domini aliqua ferre ei, à quo fuit requisitus, vt sic deprehendatur in furto suadens. Ergo signum est consensum domini non fuisse verum consensum, sed permissionem, ita similiter in casu de adulterio non est sentenda vera acceptatio, & cooperatio, sed permissio. Hæc sunt, qua aliquo modo probabilem videntur reddere supradictam sententiam non solum in foro externo, in quo talis consensus non obstat accusationi furis & adulterij, sed etiam in foro conscientie. Doctores enim, quos refert Sanch. si te esse videntur, non distinguunt de foro externo, & de foro conscientie, sed absolute dicunt posse matium cum vxore pacisci, vt vocet

voce amatum tali hora, & sic vocatum capiat, & paniam, vt videtur est in Azucud. lib. & recopilat. tit. 2. leg. 2. num. 17. & alij ad iplo relatis. Sed ea Doctorem iudicio submitto.

PUNCTUM VI.

Vtrum pecces peccato scandali, si parato graue peccatum committere, suadeas committere leuius.

- 1. Si recta via possit diuertere proximum a grauiori peccato committendo, non licet tibi minus peccatum suadere.
- 2. Determinatum occidere Petrum non licet tibi ad reuocationem Pauli recitare.
- 3. Quid, si Paulus pro conferuanda vita Petri teneretur propriam exponere, vel saltem suas diuitias, posses ne consulere tunc hoc minus malum Resoluitur te non posse.
- 4. Determinatum vini ex pluribus iniuriam inferre, non licet tibi inclinare in aliquem aliorum, tametsi minus damnum, quam alij patiantur.
- 5. Determinato perpetrare graue malum, licet tibi materiam minoris mali proponere.
- 6. Proponitur prima sententia, licere persuadere minus malum parato maius committere.
- 7. Proponitur secunda sententia negans.
- 8. Parato grauius, & leuius peccatum committere, licet tibi ad leuius persuadere, & in hoc sensu admittitur. Prima sententia.
- 9. Si paratus non sit leuius peccatum committere, non tibi est licitum ad illud persuadere, etiam sub fine, vt a maiori desinat.
- 10. Satis argum. num. 6. adductu.
- 11. Quid, si volenti surripere nummos pauperum roges, vt in diuitio surripias, non determinando diuitem? affirmant plures licitum esse.
- 12. Sub distinctione respondetur.
- 13. Tenens ratione huius concilij resistens, tametsi contrarium sentiat Sanch.

Tertio ab incertis separemus, Primò certum, est, te non posse minus malum suadere, si alia via possit diuertere proximum a grauiori peccato committendo. Quia tunc simpliciter non erat necessaria iustitia illius minoris mali, cum alia via honesta grauius euitari possit, & ita tenet expressè Mol. 2. 1. de iust. tract. 2. disp. 95. §. hac tamen conclusione. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. num. 15. & 21. Lessius. l. 2. de iust. c. 13. l. 23. n. 19. neque vilius in hac parte dissentit.

Secundò, certum est, determinato occidere Petrum, nullo modo licere consulere, vt Paulum eius conflaginarem neces, vt inuane quinquaginta furetur, quamuis contra teneat Valq. in opus. de scandalo dub. 2. numero 14. S. mihi tamen videtur. Quia sic consulere infert tertio damnum, quod ipse non tenebatur libere, non enim tenebatur diuitias suas offerre, vt alterius indemnes seruaret, neque vitam suam exponere, vt alterius vitam conseruaret. Ergo si medio tuo consilio causa es illius damni profecto peccas, & ad restitutionem teneris; & hac ratione plures condemnant factum Loth, qui Sodomitis volentibus irruere in hospites, obtulit filias strupandas, non enim iniuria filiarum debet precium voluntatem Sodomitarum auertere, & ita tradit Lessius lib. 2. c. 13. dub. 3. num. 20. Petr. Nauarr. l. 3. de restitut. cap. 4. numero 24. in secunda edit. Mol. supra. Sanch. plures referens. numero 4.

Dices. Ergo quando Petrus teneretur suam vitam vel diuitias exponere, vt grauisimum damnum alicuius euitaretur, posses volenti hoc grauisimum scire, persuadere, vt Petro diuitias vel vitam auferat, quia de hac persuasionem conueni non potest, cum ex illa non obligetur damnum aliquod pati, quod ipse illis pati obligatus non esset? Concedit Valq. in opus. de scandalo dub. 2. sine. Nauarr. l. 3. cap. 4. notab. 4. num. 21. in secunda edit. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. num. 24. Bonac. de restit. disp. 1. quest. 2. pag. 70. n. 14. Lessius. n. 21. Sed credo contrarium esse probabilius: nam esto Petrus teneretur vitam, vel diuitias suas exponere ad vitandum graue reipublice damnum: at ipse inferens non potest illi rale damnum efficere, sed peccat grauius. Ergo tu non potes consulere talem damni illationem, ad summum enim poteris materiam minoris peccati proponere, vt statim dicemus, non ad illam inclinare.

Ad secundum si dubius sit aliquis, cui debeat iniuriam inferre, determinatus tamen inferre vni illorum, poteris ne suadere, quod minus est, v. g. Determinatus est furari, vel a Petro diuite, vel a Paulo paupere licet tibi consulere, vt Petro diuite furetur? Respondo licitum tibi esse solum in genere consulere, minus peccatum esse a diuite, quam a paupere furari, & casu quo ipse determinatus sit furari, peccatum minus committat: in hoc enim nulla apparet suspitudo, cum alterius voluntati determinationem electionis etiam minoris mali relinquant. Verum

non poteris consulere, vt a diuite furetur, & pauperem relinquas; quia huius furti determinati causa eris, quod furtum forte non foret, si tuum consilium non adesset, eaque de causa diues de te merito conueni potest, tui causa illi damnum factum esse, forte non faciendum; & ita tenet Nauarra, & Sanch. supra. & Lessius l. 2. cap. 13. dub. 3. n. 22.

Tertio, Certum est determinato perpetrare graue malum, licitum esse materiam minoris mali proponere, vt sic retrahatur a maiori malo committendo. v. g. Sodomiam intentanti, licebit tibi fornicationis materiam proponere, & determinato homicidium facere, vt bona furetur, licet tibi proponere, quomodo exercendo vltimas possit bona conlequi, quia hanc propositionem non inducis directè ad fornicationem, neque ad vltimas, sed solum viam ostendis, qua grauius peccatum euitari possit, & licet via mala sit, at tu non inclinas, vt illac pergat, sed solum dicis illam esse viam grauioris peccati vitandi, quod verum est; & ita tenet Couarruu. 4. decret. 1. p. cap. 4. in princ. n. vlt. ad finem. Caiet. 2. 2. q. 78. artic. 4. notab. 3. ad finem. Valen. 2. 2. disp. 5. q. 21. p. 4. §. hoc ipsum. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 11. n. 19. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 22. & Doctores statim referendi. Et in hoc sensu excusant plures factum illud Loth. Genes. 19. Dicunt namque Loth, solum in oblatione filiarum obtulisse nefandis illis vitis materiam expendendae libidinis minorem illa, quam ipsi intentabant; at nullo modo persuasisse, aut conuulsisse, vt facerent: id enim prae illorum voluntati reliquit: & probabile est ita Loth excusari posse, ex animi perturbatione, qua non attendit parentum obligationem esse tuendi pudicitiam filiarum, neque eas tanto periculo exponendi, vel quia solum ad declarandam immunitatem sceleris, quod Sodomitae intentabant, obtulerit filias, non quia intelligeret inde eas alicui periculo exponi: sicuti soles dicere iracundo Interfice me, & ne illi damnum faciat non intendis, vt te interficiat, sed solum declarare affectum, quem habes retrahendi alterum a peccato. Excusari autem debet Loth a peccato in hoc facto, mihi certum apparet: & 2. Petri 2. vbi nominatur Loth iustus, cum e Sodomis eductus fuit, quo tempore filias obtulit. Signum ergo est in tali oblatione mortaliter non peccasse.

Difficultas ergo est, an determinato graue peccatum facere liceat expressè consulere, & persuadere, vt minus efficiat, si alia via diuertere non potest? Prima sententia tenet id licere, quia non persuades minus malum absolute, sed sub conditione, quod aliud grauius sit effecturus. Sed casu quo grauius sit effecturus, bonum est illi persuadere, vt minori malo contentus sit, quia in hoc vtiliter eius, & Dei negotium geritur. Ergo non peccas, & ita tenet Sanch. plures referens, lib. 7. de matr. disp. 11. n. 15. Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 3. n. 19. Rebellus lib. 2. q. 13. sect. 4. num. 21. Mol. 2. 2. disp. 35. n. 3. & tom. 3. tract. 2. disp. 70. n. 3. Bonac. cum alijs d. 1. de restit. q. 2. p. 7. n. 8. Valq. in opus. de scand. dub. 1. §. 2. Valq. legitur, & qui transcribit omnia, quae de scandalo assertit Basil. de Leon. lib. 5. de matr. cap. 18. §. 5. n. 26. & videtur esse sententia D. Aug. relati in cap. si quod verum est, §. 3. q. 2. vbi loquens de volente occidere uxorem, & ducere concubinam, dixit vtrumque nefarium esse, nec debere vnum pro altero perpetrare, sed vtrumque vitare, sed si facturus est, quod non licet, iam faciat adulterium, & non faciat homicidium. Ecce qua ratione August. consulit minus malum parato maius facere.

Secunda sententia docet nullo modo licere minus malum consulere parato maius efficere. Quia illud consilium & de minori malo absolute est de malo: comparacium enim supponit positium, sed consulere absolute malum, est illicitum. Ergo. Secundò, electio libera leuioris mali nunquam est licita, quantumcumque a determinato grauius committere. Ergo nunquam erit licitum consilium illius. Consilium enim nunquam potest licitum esse de materia, quae nunquam potest esse licita: & ita tenet Caietan. 2. 2. questione 78. art. 4. notab. 3. ad finem. Couarruu. 4. decret. 1. p. capite 4. in princ. n. vltim. ad suam. Syluest. matrimonium. 7. quest. 5. disto. 9. Eman. Saa. verbo peccatum. num. 8. Valen. 2. 2. disp. 5. q. 21. p. 4. Contad. de contra. lib. 2. q. 26. coroll. 1. §. 2. quae inferit ex 2. conclus.

In hac te primo dicendum existimo priorem sententiam esse veram, si consulas, & persuadear minus malum ei, qui non solum grauius, sed etiam minus paratus erat efficere; quia in tali non consulas ad minus malum, sed ad earentiam praecise maioris; neque determinas delinquentis voluntatem ad minus malum, sed potius retrahis a graui committendo: quod hoc exemplo manifestatur. Determinatus erat Petrus occidere Franciscum, vt ab illo furetur pecunias, persuades, vt contentus sit furto, relinquat occasionem, intendit occidere, rogas vt contentus sit vulnerare: in hoc enim consilio nemini damnum inferes, non Petro, siquidem citras ne cotriminibus eius anima maculetur, neque Francisco, cum vtiliter eius negotium facias. Ex quo sit licere tibi non solum consulere furtum Petro in illo casu, sed ad eam actionem materialiter sumptam adiuuare, eo quod non adiuues in actione, quae de se illicita & mala sit, sed potius vt a te procedat bona & honesta est, siquidem procedit ex tacito, & praesumptio consentus domini, qui vt mortem euitet, ceteris tibi facultatem donare adiuuandi furtum, vt tali adiutorio impedi-

DE STRALTON

turcius occiso: & ita tenet Sanchez, numero, 18. Bonacina, numero 9. Valquez, de scandalis libro. 2. numero. 13. At in his, in quibus ipse facultatem concedere non potest, ut in vulneratione sui, non licebit tibi adiutare, etsi possis consulere, quia adiutares ad id, quod est intrinsecè malum, sic notavit. Valq. Bonac. & alij supra.

9 Dico, Secundò, non licet tibi consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere: Itaque non licet tibi fornicationem suadere ei qui paratus est committere adulterium, vel sodomiam: sic Doctores secundæ sententiæ, & ex Doctoribus primæ tenet Nauarra lib. 3. de rebus. cap. 4. notab. 4. num. 23. Carbon. de rebus. quæst. 69. post. 3. concl. Probo, quia iam illius peccati, quod consulis, verè tu causa es, & verè peccatorem ad illud inducis etiam si recto sine procedas. Ergo peccas. Item ille peccator non recto medio vitium ad vitandum malum graue, operando minus. Ergo neque tu rectè illi consulis, cum consulis operationem minoris mali, ut grauius euitet. His argumentis pressi Doctores, primæ sententiæ dicunt in persuasionem minoris mali, non malum persuaderi, sed electionem, seu antepositionem minoris ad maius: quæ antepositio ex suppositione determinationis voluntatis ad maius malum necessariò faciendâ est, si rectè procedatur. At quis non videat hoc esse illudere verbis; cum enim electio minoris mali quantuncunque à praua, & determinata voluntate mali maioris procedat, mala sit persuasio, & consilium illius mala semper erit. Neque vnquam datur præceptum eligendi minus malum, sed potius datur præceptum abstinendi ab illo, & à grauiori.

10 Neque obstat argumentum pro prima sententiâ factum, dicimus namque persuadere minus malum, sub quacunque conditione fiat, esse intrinsecè malum, neque honestari villo modo posse. Ad locum D. Aug. relati in c. si quod verius. Respondeo cum glossa ibi verbo adulterium loqui non consulendo, sed permitendo, vel dicere possumus Augustin. ibi tantum intendisse rectius facturum, si adulterium faceret, quam si faceret homicidium, sicuti dixit Epiphani. lib. 2. contra hereses. heresi. 61. pag. 6. tom. 1. Melius est vnum peccatum habere, & non plura, id est, minus malum est sic etiam poterit dici minus malum, quam consulere grauius: at non esse malum tale consilium non videret ex Aug. deduci, nisi solum sit consilium ad minus malum, quatenus minus est, seu quatenus dicit præcisè carentiam maioris. At qui persuadet futurum occidere volenti, non solum persuadet carentiam homicidij, sed etiam malitiam furti, quæ est retrahat ab homicidio, non tamen est formalis carentia illius.

11 Sed inquires. An possis volenti surripere nummos pauperis rogare, ut à diuitie surripiat, non determinando diuitis personam? In qua re Tom. Sanchez. lib. 7. de matr. disp. 11. num. 24. sine, & num. 25. cum Mol. vñc. 2. de iust. disp. 335. §. hæc tamen conclusio sentit non esse culpam, quia tunc nullius damni videris causa, damni pauperis repulsi. Item quia non inducis ad aliquid peccatum, ad quod ipse fur inductus non sit, sed potius eius prauam voluntatem temperas: ipse enim cum ad furandum à paupere inductus sit, absolute inductus est ad furum committendum, quia in quolibet individuo species, & genus continentur. Ergo cum rogas, ut à furto pauperis abstinat, & furum diuitis committat, cum non determines, cui diuiti faciendum sit, relinquis eius voluntatem in determinatione prioris. Ergo non peccas.

12 Verùm in hoc casu dupliciter te potes habere, vel consulendo furum diuiti, vel illud proponendo. Et quidem si solum proponas conuenientiam, quæ reuertit in anteposendo pauperem diuiti: ut si dicas, minus peccatum est minòreque iniuria irrogatur diuiti, quam pauperi, ac proinde casu quo vnus illorum sit faciendum minus malum est eligere furum diuitis, quam pauperis, nulla est culpa in tali representatione, quia ibi tunc non est consilium, neque inductio, aut persuasio, ut de se constat. At si verè inducis ad furum diuitis, sine dubio peccas. Quod probo; quia tuum consilium tendit ad commutandam prauam voluntatem furis, non in aliquod bonum, sed in aliud malum est minus; tendit enim loco furti faciendi pauperi, subrogare furum faciendum diuiti. Ergo pretendis ad aliud furum, ab eo ad quod fur erat determinatus, determinare. Ergo peccas: quia esse personam diuitis indeterminatam non obstat, quominus furum, & ad quod inducis aliud sit ab eo, ad quod erat prius fur determinatus, & à quo pretendis remouere. Adde si induceres ad furum determinando personam, omnes præter Valq. conueniunt te peccaturum quia iniuriam irrogas, eo quod causa determinata sis illius damni, quod aliàs non esse faciendum, si tuum consilium non adesse, sed quando non determinas personam, etiam es causa damni, etsi non determinati vagè sumpti hoc est huius, vel illius diuitis, Ergo peccas: Merito enim omnes diuites de te conueniunt possunt, quod voluntatem furis ad illos inclinaueris, alias non inclinandam.

13 An verò teneatis ratione huius consilij restituere, si furum alicui diuiti factum sit? Tom. Sanchez. est considerat si consulente peccare non obligat ad restitutionem, si quidem lib. 7. de matr. disp. 11. num. 23. affirmat consulente minus damnum ei qui alia via auerti non potest à maiore, non esse obligatum restituere: quia consilium (inquit) bonum est in substantia cum sit & maiori malo comparatione maioris: & solum sit malum in mo-

do, quia est contra charitatem, quæ obligat, ut omnia mala vitentur. At dicendum existimo obligationem esse restituendi si diuiti factum sit damnum: quia fuisse positua causa illius nam licet non fueris causa, ut huic diuiti, potius quam alteri damnum sit factum, quia tamen fuisse causa, ut alicui diuiti fieret, consequenter fuisse causa huius in particulari. Quis enim neget te obligatum esse restituere, si aliquem non cogitantes de furto ad furandum inducas, etsi in nominata persona, cui debeat furtum fieri? Ergo hæc vniuersalitas non obest obligationi.

PUNCTVM VII.

An mulier se ornans & virorum aspectibus se offerens, peccet peccato scandalis.

- 1 Si ornatus est iuxta communem usum, tamen si superfluum sit, non est peccatum mortale.
- 2 Mulier sciens turpiter ab aliquo amari, non peccat moraliter in sententiâ Nauarri, eius conspectui se præsentans.
- 3 Debet tamen honesta causa duci, ut à mortali excusetur.
- 4 Si nulla honesta causa, sed solum vanitate ducta turpiter amari se offerat, mortaliter peccat.
- 5 Proponitur quædam obiectio & sit illi satis.
- 6 Si animo roborandi turpem amorem se præsentet, mortaliter peccat.
- 7 Exponitur factum Iudith, quod huic doctrinæ videbatur obstat.

1 **S**I ornatus est iuxta qualitatem personæ, & commentum solum, nullum est peccatum se ita ornare, & aspectibus virorum offerre, modo absit praua intentio; etiam si sciret turpiter ab aliquibus esse amandum, esset enim graue onus mulieres obligare semper inornatas procedere, vel domi inclusas esse, nullique virorum aspectibus offerri. Quòd si ornatus superfluum, sit, non existimo ex hac parte peccatum mortale esse, sed solum veniale, ut docet Caietan. 2. 2. quæst. 169. art. 2. Nauarra. sum. cap. 23. num. 19. & segg. & Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 6. num. 17. ex communi sententiâ Bonac. de matr. quæst. 4. pari. 9. num. 17. quia sunt tot mulieres ita se superflue ornantes, ut vix de nulla affirmari possit grauem occasionem peccandi tribuere.

2 Quare solum controuersia esse potest, an quando mulier sciret se ab aliquo turpiter amari, peccet, se ornando, eiusque aspectui offerendo? Nauarra. sum. cap. 23. num. 29. & segg. late probat non esse mortale, neque peccatum alterius ei esse tribuendum, etiam si nuda pectora offerret, ut pulchrior videretur.

3 At si res exactè consideretur, existimo auctores dissentire non posse: omnes enim ad liberandam puellam à peccato scandalis, rationem honestam excogitare debent, & illa interueniente, eam à mortali excusant: cessante verò causa honesta, eam condemnare debent, Caietan. sum. 2. 2. quæst. 154. art. 4. sine. & quæst. 169. art. 2. ad 5. dub. & Arimilla sum. verbo ornatus. num. 3. & verbo scandalum. num. 3. & Tom. Sanchez. l. 1. in Decal. cap. 6. num. 17. excusantes hanc feminam à mortali. Fundantur in eo, quòd durum est priuare feminam libertate propria, & iure quod habet egrediendi è domo, standi ad ostium, vel fenestram ob malitiam adolescentis eam turpiter amantis. Quare Ludouic. Lop. 1. parti. instr. cap. 20. sine, solum obligat semel, aut iterum se domi continere, non tamen semper. Nauarra. verò cap. 14. num. 37. Corduba sum. quæst. 5. fol. 30. Azor. 2. tom. sum. lib. 12. cap. 21. quæst. 12. & alij relati à Sanchez. supra. num. 16. excusant à mortali ob causam necessitatis vrbis, ne scilicet inurbana censeretur, si vicinas, vel amicas non inuideret. Idemque est dicendum de alia simili causa.

4 Quocirca dicendum est, si nulla necessitate, vel veritate sed solum ducta vanitate, aspectui viri eam turpiter adamanis se offerat, peccat mortaliter: ita expressè Sanchez. supra. num. 17. Valq. quæst. 43. a. 8. dub. 2. num. 27. & conuenire debent omnes Doctores. Probo, quia ex obligatione charitatis quilibet tenetur vitare ruinam proximi, si commodè possit: potest autem commode, quando absque iactura alicuius rei necessaria, vel vitis potest. Ergo tenetur.

5 Dices priuari libertate, & iure quod habet hac, & illac discurrendi. Ergo semper adest causa iusta excusans. Respondeo si in huiusmodi cursu alicui honestis finis adesset, qui non est solum exercitium libertatis, vt opte commune actibus bonis, & malis: fateor non debere ob malitiam adolescentis priuari; quia priuatur aliqua sibi vitis, & necessaria: at priuari cursu imperitenti, & otioso, non debet femina vt molestum reputare; & si illa reputet molestum, non obinde excusari potest à scandalis, quia non habet honestam causam excusationis: non enim est honesta causa quam ipsa de se vitare tenetur.

6 Vnum tamen est omnino certum, si puella se præsentet viro, animo excitandi, & roborandi turpem amorem, peccat mortaliter, quia finis à quo actus sumit speciem, iniquus est.

7 Aduersus hæc obstat videretur factum Iudith, quæ videtur se ornasse animo excitandi Holofernem ad libidinem: notatque enim c. 9. *Copiatu r laqueo oculorum suorum in mo.* Sed in hac oratione

tionem, quam tam ex ferventi charitate, & recta intentione proce-

PUNCTUM VIII.

An vendens vel subministrans indifferentia, ex quibus proximus sumit occasionem peccandi, peccet peccato scandalii

- 1. Quae sint indifferentia.
2. Haec indifferentia aliqua sunt, quae omni tempore in malum destinantur, alia pro aliquo tempore, alia in bonum usum regulariter sunt.
3. Si vendas res, quae communiter in malum usum destinantur, vel semper, vel occasione temporis, debes tibi constare moraliter, eum cui vendas non esse illis male usurum.
4. Explicatur, quomodo tibi moraliter constare possit.
5. Si res in bonum usum communiter ordinantur, licet tibi vendere & subministrare, quoties non constet de abusu perentis.
6. Si vendas proximum in indifferentibus male usurum, teneris si commode potes, ea illi non vendere.
7. Contrarium defendunt aliqui Doctores. Sed immerito.
8. Quae causa sufficit ad honestandam subministratorem horum indifferentium, non potest certa regula definiti.

Indifferentia voco, quae bono & malo vsum deseruire possunt, idoli venditio, aedificatio templi, remigatio, & alia plura, & possunt in bonum fieri, & in malum: Si enim vendatur idolum referendum in memoriam antiquitatis, & in detestationem cacitatis, & irrisionem illorum, qui tale adorantur, venditio bona est. Si vero vendatur adorandum, & colendum, mala est. Ergo cum venditio ex se non habeat magis hunc primum usum, quam bonum, sed id habeat ex animo vendentis, vel ementis, efficitur ex se indifferentis esse, vt recte dixit Syluest. verbo infidelitas. q. 4. Valen. 2.2. disp. 1. q. 10. p. 5. ad finem Suar. disp. 10. de charit. sect. 4. numero 6. Sanchez libro 1. in decal. capite 7. numero 6.

Ex his autem indifferentibus, alia sunt, quae regulariter in malum vsum omni tempore destinantur, alia quae aliquo tempore, alia quae potius in bonum. Venditio veneni, idoli, clavis fallae, regulariter in malum vsum omni tempore deservit, etiam quibus personis in bonum possint deservire. Contra venditio armorum, animalium, & aliarum rerum, quae communiter venduntur, & emuntur, in bonum vsum destinantur, aliquid tamen male illis vituntur. Carnium comestio in Quadragesima omnibus communitur prohibetur, ac proinde earum preparatio, & venditio, communiter illo tempore in malum vsum destinantur.

Dico ergo. Primum si vendas res, quae communiter in malum vsum destinantur, vel semper, vel occasione temporis, non potes illas vendere, aut preparare, quin tibi moraliter constet eum cui venduntur, aut preparantur, bene illis usurum. Quia alias peccatum alterius tibi imputabitur, cum ei materiam subministras: ita expressit Suar. d. 20. de charit. sect. 4. n. 6. Sanch. l. 1. in decal. c. 7. n. 3. & Nauarr. c. 17. n. 36. Eman. Saa. edit. Rom. verbo peccatum, n. 10. & de venditione veneni, quod coloribus & medicinis conficiendis deservit, res est clara non licere vendere nisi illis, de quibus non praesumitur illud velle ad malum vsum: quod docuit Salon. 12. q. 77. n. 4. controu. 16. tertio corol. Mol. 2. de iust. d. 340. ad finem Sanch. n. 17.

Quod si roges quando tibi moraliter constabit alium non in malum, sed in bonum vsum supradictis rebus debere vti? Respondetur, ex qualitate personarum, & modo petendi colligendum esse, communiter tamen praesumendum est de bono vti, si putabit, absque affectatione secreti petantur: raro enim quis ita audax est, vt si delictum velit efficere, non curet secretum: haec enim ratione caupones, & macelli vendentes carnes tempore ieiunij, & cetera porrigentes petentibus, excusantur a peccato scandalii, quia praesumuntur petentes non soluere ieiunium, sed ratione privilegij, vel alterius causae excusari, quam excusationem ipsi caupones examinare non tenentur, quia fieri commode nunquam potest: ita ex Caiet. 2.2. quaestione 147. art. 4. notavit Suar. d. 10. de charit. sect. 4. n. 3. & tradit alios referens Sanch. l. 1. decal. c. 7. num. 34.

Dico. Secundum, si res communiter in bonum vsum ordinantur, licet tibi illa vendere, & subministrare, quoties non constet de abusu perentis: quia horum venditio, & subministratio solum esse poterat mala quatenus intentioni pravae deserviret. Haec tamen intentio de nullo debet praesumi. Ergo: & ita ex communi sententia cum D. Tho. 2.2. quaest. 78. art. 4. & quaest. 169. art.

2. docet. Suar. d. 10. de charit. sect. 4. n. 3. Sanch. l. 1. in decal. c. 7. n. 3. Nauarr. c. 17. n. 19. c. 19. n. 16. & cap. 21. n. 26. & cap. 23. n. 90. Bonac. d. 2. de peccat. q. 4. p. 2. §. v. n. 17. vers. qui vero: & in hoc sensu dixit Eman. Saa. verbo peccatum, n. 11. Non esse mortale facere eas, quibus alij possunt bene, & male vti, etsi plures male vntur, vt aleas, gladios, fucum &c.

Quod si credas proximum male vsum iis indifferentibus, teneris, si commode potes, ea illi non vendere, vel subministrare, quia cum ex charitate obligeris proximo peccatum impedire, si possis a fortiori obligaris materiam peccati non subministrare, Syluest. verbo infidelitas. q. 4. verbo art. 9. 3. Suar. alios referens sect. 4. num. 4. Sanch. lib. 1. in decal. c. 7. n. 34. Dixi, si commode possis: nam si absque tuo detrimento non possis: ab eorum venditione, vel subministratone cessare, non peccas subministrando, quia in tantum peccare potes, in quantum media illa venditione, vel subministratone peccatum alterius censeris causare, siquidem subministratio ex se mala non est. At cum tibi talis subministratio vtilis, vel necessaria est, causare non censeris peccatum alterius, sed potius censeris vt tuo iure, & libertate peccatum alterius permittere, vt bene docuit Thom. Sanch. l. 1. in decal. c. 7. n. 9. & 11. & Suar. d. 10. de charit. sect. 4. n. 4. Bonac. disp. 2. de peccat. quaestione 4. p. 2. §. v. n. 17. vers. tertio.

Contra videtur tenere Man. 1. som. sum. in secunda edit. c. 23. n. 8. Petr. de Ledelm. 2. som. 17. q. 27. c. 2. dub. 4. Salon. 2.2. q. 7. art. 4. controu. 6. post. 3. conclus. & Caiet. 2.2. q. 147. art. 4. sine. Ii omnes affirmant tabernarios, & caupones posse liberè cibaria ministrare, & vendere iis, qui ieiunium solvunt, quia neque inducunt ad ieiunium violandum, sed actionem de se honestam, & desertentem sustentationi naturae faciunt. At credo debere causam legitimam intercedere, quae actionem honeste, cum non solum non impedias peccatum, sed materiam illi subministras: & ita docuit Valen. 2.2. disp. 9. q. 2. puncto. 3. circa finem Lessius lib. 4. de iust. capit. 2. dubio 4. numero 24. Sanch. in decal. libro. 1. capite 7. numero. 34.

Quocirca tota difficultas est examinare, quae necessitas, vel vtilitas sufficiat excusare te vendentem, vel subministrantem in indifferentia, ex quibus proximus male vtitur? In qua re certum est non eandem causam pro omnibus esse requisitam: aliae enim sunt actiones, quae solum in detrimentum spirituale illius, cui materia subministratur, cedunt, vt delatio concubinae, qua dominus vti vult, aliae quae in detrimentum, & iniustitiam tertij, vt si velit mutilare, vel occidere, vel alias iniurias facere. Item alia est subministratio remota, alia proximiori. Remotam voco, conducere domum meretricis, lectum sternere: Proximiorum voco, si eam comiteris domino copulandam. Item vel est paratus proximus committere delictum, vel non? Quotiescumque ergo delictum virtuti excellentiori aduerfatur, vel subministratio proximius peccato accedit, vel proximus paratus non est, grauiorem causam excusationis requirit in eo, qui materiam subministrat. Quae autem haec sit, praescribi non potest certa regula, sed prudentis arbitrio penlandum est, iuxta grauitatem peccati committendi, & occasionem a se datam, & preparationem illius, ex casibus specialibus infra subiciendis elucidabitur. sic Sanchez c. 7. n. 12. Suar. de charit. disp. 10. sect. 4. n. 4. Bonac. n. 19. Vnum tamen est certum, si ex delicto damnus alicui innocenti est inferendum, debere maximè attendi, quam graue sit: forte enim ita graue erit, vt merito debeas pati iacturam grauem diuiciarum, vt illud euites, tradit Sanch. supra numero 18. Suar. sect. 4. numero 4. Bonac. num. 20.

PUNCTUM IX.

An ministrans indifferentia excuseris a peccato, eo quod proximus aliis erat transgressurus preceptum, tamen si tu illa indifferentia non ministras.

- 1. Proponitur casus.
2. Plures consent in hoc casu non esse scandalum mortale.
3. Proponitur sententia Thom. Sanch.
4. Probabilis est non sufficienter honestari cooperationem huiusmodi actionum, ex eo quod alius peccaturus sit.
5. Satisfit rationibus contrariis. n. 2. adductis.

Volaturus erat Petrus ieiunium, etsi tu illi cenam non apponeres, oculus Paulum, etsi gladium non ministras, futurum commisiturus, etsi scalam non adhiberes. Excusaris ne a mortali, apponendo cenam, tribuendo gladium, scalam adhibendo? Notanter apposui, apponendo cenam, non inuitando ad illam: nam inuitare ad cenam est inuitare ad id, quod hic & nunc nulla ratione honestum fieri potest; ac proinde est inuitare ad peccatum; Secus vero est de preparatione illius; illa enim preparata, non obligatur Petrus illam assumere; sed potest relinquere, & pauperibus ieiunio deobligaris tribuere.

Plures existimant in hoc casu non esse scandalum mortale.

ita

ica. Man. 1. tom. sum. cap. 23. num. 3. in 2. edit. Petr. de Ledesma. tom. sum. tract. 27. cap. 2. dub. 4. Lessius lib. 4. de iustis. cap. 2. dub. 4. n. 14. Caiet. 2. 2. q. 147. art. 4. in fine. Omnes ij affirmant inuitantem ad cenam die ieiunij vel porrigentem illam ei qui alibi cenaturus est excusari à peccato. Idemque debent dicere de alijs actionibus supra positis. Ratio, quia illæ actiones de se male non sunt; alijs nunquam possent honestari. Ergo solum sunt male, quia mouent, & adiuuant in mala operatione: at hoc non contingit, quando ipse operans eodem modo male operaturus esset seclusis tuis actionibus, ac illis positis. Ergo illæ actiones non videntur esse causa malæ operationis. Confirmo. Si associates furem, vel homicidam non teneris ad restitutionem, quod consistit in eo, quod causa fueris peccati alterius. Secundò, ab iis actionibus indifferentibus eatenus potes obligari abstinere, quatenus excusam soluturum abstinentia peccatum proximi, at in præsentem non excusatur. Ergo non obligari abstinere.

3 Thom. Sanch. libro 1. in Decal. capite 7. numero 16. distinguit duplex genus actionum indifferentium. Aliæ quæ remotè tantum ordinantur ad peccatum alterius, quales sunt vendere agnum sacrificatorum Idolo, apponere mensam, præparare cibaria solummodo ieiunium. Aliæ, quæ proxime peccato alterius accedunt, quales sunt scalam ad mouere futuri volenti, humeris sustentare, vt per fenestram ingrediatur, præbere gladium sic determinato occidere, inuitare ad cenam præparatam soluturum ieiunium. Si de iis vltimis actionibus fermo sit, existimat Sanch. te non excusari à peccato mortali generalis scandali, ex eo solum quod proximus peccaturus sit, quia hæ actiones ita proximè peccato accedunt, vt malæ, nisi aliqua vrgenti causa excusetur. At de actionibus primi generis affirmat probabilis sibi videri non esse culpam mortalem, sed solum venialem. Esse autem culpam venialem probabile semper est, re non ministrante materiam alium non ita intentè, & affectuosè peccaturum. Tuque negatio est quoddam monitionis genus, quod etsi non sufficit à peccato præsentem reuocare, fortè à futuro reuocabit. Addit amorem Dei non solum inclinare ad cooperandum bono, etiam quando alij cooperatores existant, sed etiam ad vitandam diuinam offensam, etiam quando alij non desint, qui cooperentur. Quòd autem non sit mortalis culpa probat: quia videtur hæc leuis cooperatio: consentit Bonac. disp. 2. de peccat. q. 4. par. 2. §. unico. n. 35. & seqq.

4 Verum mihi probabilis est non sufficienter excusari supra dictas actiones à mortali, ex eo solum quod proximus alijs actionibus vsurus esset, si tuæ non adessent: quia hæc condicionalis non tollit, quominus tu causa sis illius peccati, & sis eodem modo causa, ac si proximus alijs actionibus adiutus peccaturus non esset: quod sic probat: quia si proximus v. g. alibi non esset soluturus ieiunium, & tu nulla causa intercedente cenam subministras, ferè omnes conueniunt te peccaturum, quia aliquo modo concurreris peccato alterius. At quod alibi proximus soluturus sit ieiunium; non immutat tuum concursum, qui in subministracione cenæ consistit. Ergo eodem modo concurris. Præterea contra distinctionem Sanchez est, quia tota malitia harum actionum indifferentium sumitur à peccato, quod adiuuant: cum autem hoc graue sit, vt supponimus, semper debet dare malitiam grauem. Ergo vel esse alibi proximum peccatum excusat, ne peccatum proximi iis actionibus indifferentibus tribuat malitiam, vel si non eodem modo peccaturum, esto tu non ministres necessaria peccato, est contingens, & fortè ita non erit, poterit enim alia via impediri à peccato, vel Dei inspiratione remoueri, quantumuis modò sit determinatus. Ergo quantum est ex te teneris hunc effectum bonum possibilem promouere, & impedimentum ei non apponere: & ita tenet Suar. disp. 10. de charit. sect. 9. n. 2. & sect. 4. n. 5.

5 Neque obstant rationes contrariæ. Nego enim iis actionibus indifferentibus te non concurrere peccato alterius, ac si alibi proximus peccaturus non esset: Ad confirmationem concedo te socium furis, vel homicidam non teneri ad damna ex furto, vel homicidio subsecuta, si tua societas necessaria, vel vtilis non fuit ad furtum, vel homicidium patrandum, vel ad patrandum animosiori, & vehementiori animo, quia tunc ad furtum, ve homicidium postignè non concurrerit. At si tua societas licet indeterminate necessaria, vel vtilis fuerit, quia scilicet sine illa, vel alia delictum patratum non esset, existimo sine dubio restitutioni te esse obnoxium, quia tunc postignè concurrerit. Qua ratione præbens scalam, gladium, & alia instrumenta necessaria parato occidere, vel furari, iudicio obligatum esse ad damna subsequuta, quantumuis alius præberet. Præterea esto concedemus te socium furis, vel homicidæ non esse obligatum restituere damna, quæ fur, vel homicida causat, quando alijs furtum, vel homicidium esset sequendum non obstante tua societate; at non probat te non peccare contra charitatem, si possis peccatum proximi impedire, quia autoritatem peccato præbes. Adde esto, associando non pecces in illo casu, tua societas

nullo modo concurrat furto, vel homicidio, sed est omnino par accidens. At ministrans indifferentia, quæ necessaria sunt ad peccatum, verè concurrat ad illud, licet enim non possis impedire peccatum, quia alius esset eadem ministraturus: at hoc non tollit, quominus verè concurras. Deinde impediens hoc numero peccatum, quod tibi modò; tanquam causa indirecte imputatur. Ad secundum dico. Scandali generalis malitia non consistit in eo quod peccatum absolute non impediatur, sed in eo quod ad peccatum non concurras.

P V N C T U M X.

An excuseris à peccato scandali eo quòd proximus paratus sit peccare.

- 1 Si opus, quod petis sine peccato fieri non potest, peccati ea specie peccati, qua opus peti nam.
- 2 Non potes inuitare ad cenam soluturum ieiunium, tametsi Nauarr. & Caiet. contrarium sentiant.
- 3 Talis petitio generalem malitiam scandali habet, maxime, si alijs non peccaret deficiente tali petitione.
- 4 Petere actionem licitam, à qua alius separare potest malitiam, communitè Doctores censent licere.
- 5 Sed hoc intelligendum est causa iusta intercedente, alijs non.

1 Si opus, quod ab illo petis, ipse nullo modo absque peccato efficere potest, manifestum est te peccare ea specie peccati, qua est peccatum quod petis, vt si petis à Petro, vt iuret falsè, maleficio alio maleficio dissoluat, occidat, fornicetur, &c. peccas ea specie peccati, qua Petrus peccare intendit, tunc tamen in confessione manifestare talem petitionem. Nam esto scires euidenter Petrum tale delictum esse eff. Curum, neque tua petitione moueri, nihilominus tua petitio mala est vt pote de obiecto malo.

2 Hinc inferuntur ad possis Petro determinato soluere ieiunium inuitare ad cenam? Caiet. 2. 2. q. 147. n. 4. Nauarr. c. 21. n. 23. & 24. affirmant licere. Mouentur, quia inuitas ad Cenam, non quatenus est solutio ieiunij, sed quatenus est sustentatio humanæ naturæ. Item inuitas vsurarium ad mutuum, & ethnicum ad iuramentum, quæ tamen debent malè præstare, & tamen non peccas. Adde martyres incitasse carnifices, vt sibi tormenta duriora inferrent, quæ tamen licitè inferre non poterant. Ergo bene potes inuitare ad actum qui alijs peccaminosus futurus sit. Nihilominus dicendum existimo nullo modo tibi licet inuitare ad cenam eum, qui alijs soluturus est ieiunium, quia inuitas ad actum, à quo alius separare non potest malitiam, Ergo peccas. Quid enim interest actui esse malum ex obiecto, vel esse malum ex præcepto, si de facto ab illo malitia separari non potest? Ergo cum ab hac cenâ, ad quam inuitas, separari non possit malitia, inuitando ad cenam ad malum inuitas. Ergo peccas, & ita tenet Valq. q. 43. art. 1. de scand. dub. 3. numero 17. Neque obstant contraria. Ad primum, dico te peccare etsi inuites ad cenam quatenus est sustentatio naturæ, quia ab illa cenâ tali tempore facta, inseparabilis est malitia, sicuti peccates, si ad fornicationem inuitares, etsi solum inuites, quia est coitus apertus generationi. Ad secundum dico optimè posse ab ethnico peti iuramentum, & ab vsurario mutuum, quia non petis rem à qua malitia separari non potest: in iuramento enim hic, & nunc facte, & in mutuo hic, & nunc concessio non inuoluit malum vltimè: à cenâ, quam petis nullo modo separari potest malitia. Ad tertium respondeo, martyres excusati ex bona fide, & zelo religionis, quo putabant opus esse constantiæ tyrannos ad tormenta prouocare, ex se tamen nullo modo licebat.

3 Quòd verò talis petitio dici debeat generalem malitiam scandali habere. Est questio de nomine cum certum sit habere malitiam, quam habet actio, quæ est scandalosa, siquidem habet malitiam illius peccati, ad quod refertur. Distingendum tamen censet. Dupliciter paratus quis esse potest committere peccatum. Primò, quasi in habitu, seu sub conditione, si offeratur occasio, qualiter meretrix, & vsurarius sunt parati. Secundò, nulla adhibita conditione, sed ita paratus est exequi tale peccatum; vt moraliter loquendo exccutus sit, sicut cum aliquis determinatus est occidere inimicum. Si à parato primo modo petas delictum, censet petitionem tuam esse scandalosam, quia causa es huius peccati, quod alijs non efficeretur. At si à parato secundo modo petas, etsi pecces peccato, quo alius peccaret, non debet tamen dici propriè scandalum, quia scandalum actuum in se fuit, & causat ruinam proximi, & ita videtur loqui Suarez 4. tom. in 3. part. disp. 22. sect. 4. num. 18. vbi dicit non adesse circumstantiam scandali, si petas ab omnino parato, & disp. 10. de char. sect. 3. num. 2. vbi affirmat adesse scandalum, si hic & nunc peccatum non esset committendum, nisi peteres, quantumuis esset paratissimus: neque videtur contrarius Thomas Sanchez libr. 1. in Decalog. cap. 6. num. 14. sed potius fauet nostræ sententiæ, cum probet voluntatem peccandi stare optimè posse, quin peccatum quod petis, & nunc efficeretur, nisi adesset petitio inducit

sollicitudo ad peccatum, ac proinde est scandalosa in illo casu. Maior difficultas est de inductione indirecta, scilicet peccando rem indifferenterem, an scilicet tunc excusetur de peccato scandaloso, si proximus omnino paratus sit peccare. g. Petis à ministro peccatore tibi Sacramenta ministrare, quæ seis in peccato ministraturam petis ab usufruario mutuum, quod seis non concedendum abique usufrui? Communiter Doctores dicunt licere, quia petis quod tibi utile est, & alius recte præstare potest, quod si non præstat, sibi imputet, sic D. Th. 2. 2. q. 7. 8. a. 4. & ibi Caiet. Nauar. c. 14. n. 39. c. 17. n. 262. Sot. l. 6. de iust. q. 1. n. 5. Emano. Saa edit. Rom. verbo, peccatum. n. 12. in addit.

Verum hoc intelligendum est si causa rationabilis adfit peccati, nam si æque bene, & facile ab alio sacramentum, vel inuicem accipere poteris, non video, quomodo te à peccato mortali excuset, liquidem causa est, quod alius hic, nunc peccatum mortale committat, alias non commissurus, & amor diuinus, & misericordia in proximum te obligat vitare, quantumcunque alius ex malitia peccet, peccata tua, & aliena, quæ commodè possit, & ita tradit Nauar. Sum. c. 21. n. 26. Suar. r. 3. in p. d. 18. l. 1. c. 2. q. 21. p. 4. vers. Nec fati erit. Bonac. d. 2. de pec. q. 4. l. 2. c. 2. vers. Ad do. Valq. de scandalo. q. 4. ar. 8. d. 2. Quædam mihi non probatur, quod dicunt Caiet. & Nauar. supra d. 17. n. 22. c. esse solum peccatum veniale peccare mutuum ad vitandum, si ad expendendum in ludis, & negotiatione superflua pecces, quia tunc nulla est causa honestatis permittentem peccatum, bene aduertit Basili. de Leon. l. 5. d. matr. c. 18. n. 50.

PUNCTUM XI.

Qua ratione filii, famuli, & serui possint parentibus, & dominis ministrare in eorum peccatis: Et quid de captiuis remigantibus in bello iniusto.

1. Si ministratio est in re de se mala, clarum est esse peccatum.

2. In quo est difficultas.

3. Præmittitur distinctio actionum deseruentium proximè, vel remotè malo vsui.

4. Aliquis remotè deseruentis excusat filiatum, & famulatum.

5. Indifferenter proxima peccato alia causa grauiorè præter generalè famulatus, & filiationis expulsi ad eorū honestatē.

6. Quid dicendum si dominus velit, vt illum comiteris, cum libidinem aggressus? Sub distinctione respondetur.

7. Quod de scriptis, vel deseruentibus litteras amatorias vel amatorias ad duellū? Si deseruent non constat de eorū malitia de se posse. Sicut si cōstat, & proponitur ratio cōtraria.

8. Si famulus es alicuius gentilis, potes enim ad templū idolotum comitari, nisi non videaris idolam adorare sed vt vana esse. Et explicatur locus 4. Reg. 5.

9. Si ministratio iniuriæ actioni deseruenti grauis causa expulsi ad eorū honestatē, & comparare debet grauitatem tui damni, cum damno proximi innocentis.

10. Remigantibus in turrem Turcarum, esto aliqui condemnationem, pro abiliis est timore mortis excusari posse à cōsura & peccato.

11. Excusari nisi scias vnusquis que grauis sicut damnū respiciat. Ceterū hanc causā esse nisi si se remigat quod raro cōtingit.

12. Quod de aliis actionibus iniurijs, extractione domus, deuotione diuinitarum, &c. Probab lius videtur timore mortis honestari posse.

13. Si ministratio fit in re de se mala, & turpi, nemini est dubium esse graue peccatum, vt si dominum concubinam querat, illamque inuites ad copulam domini, si dominum in ira adiuuat, qua intendit occidere inimicum, simul cum suo pagano, &c. Hæc enim intrinsecè mala sunt.

14. Quare difficultas est, quando ministratio est rerum indifferenterum de se, & abest praua intentio. An inquam ratione filiationis, famulatus, vel seruitutis, excusari possis illa ministrando, esto scias dominum, vel parentem talibus rebus tutum fore ad peccatum?

15. Distingendum censio iuxta superioris dicta de actionibus remotis indifferenteribus bono, & malo vsui, & de actionibus, est indifferenteribus proximè tamen malo vsui deseruentibus. Item de actionibus innocentis iniurijs, & de actionibus solum peccati damnosis.

16. Si ministras indifferenteria, quæ reputantur remota actioni peccati, ratio famulatus, filiationis, &c. sufficit te excusare. Indifferenteria nimis remota voco, cibos condire, mensæ ministrare, concubinae sternerere, illam ornare, equum quo vsura est preparare, ianuam domus illi aperire, deferre munuscula, inuicem, vt banitates, & alia similia. Hæc enim omnia non referuntur proximo peccato accedere, quin honestari possint ex libeccione debita domino, & parenti: & ita tradit Nauar. c. 21. n. 16. Azor. 2. 2. in iust. moral. l. 12. c. ult. q. 8. Saa verb. peccatum. Sane alios referens. l. 1. in Decal. c. 7. n. 24. 27. 29. c. 30.

17. Si indifferenteria proximiora peccato deseruentis, aliam causam grauiorem honestandi administrationem expostulo qualis esset, si parer tonis oculis re aspiceret, & timeres male trahi, vel si dominus à domo sua te expelleret, & ex-

pulsus cogeres mendicare, vel penuriam fami, præcipue cum non ita facile alium dominum inuenias, qui similia, vel peiora ministeria non petat, vel si in eius domo te sustinet id fit te oburgando, & increpando, vel debita mercede defraudando: Si enim aliquod ex his damnis tibi prouenit, eo quod non ministras actiones indifferentes de se, & prauo vsui ex malitia domini deseruentes, poteris illa ministrare quia tunc non ceaseris peccato illius cooperari, sed potius permittere. Vnde licet tibi tali vrgenti occasione preffo concubinam portare, signate locum domino, vbi sit. Item dicere concubinæ; dominus meus dicit, vt illum hac nocte expeces, vel eum videas. Item domino ascendere volenti per fenestram, ad rem habendam cum femina, poteris pedem sustinere, scalam apponere, quia sunt actiones de se indifferentes; & ita tradit Nauar. lib. 5. consti. in secunda edit. cen. 5. de panis. circa finem. vbi postquam plures ex his casibus apposuerit, concludit. Ex his videtur colligi ratio defendendi omnes prædictos à peccato. saltem mortifero, modò, vt in casu proponitur, non placeat eis peccatum, & faciant obsequia prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo quod habeant illa causa officij sui, vel iustam mercedem: licet enim hæc officia, & obsequia sint valde coniuncta peccato, non tamen sunt secundum te, & supate natura peccata, & ideò seungi possunt à peccato per finem diuersum, & sciunctum. Hæc Nauar. & idem tradit in conf. 6. seg. & licet in conf. 4. visus fuerit contrarium dicere, loquitur quando ob malum finem hæc ministrantur; eandem doctrinam docet Azor. som. 2. in iust. moral. lib. 12. c. vltim. quest. 8. Petr. Nauar. de restit. l. 3. c. 4. dub. 4. sine. n. 51. Sanc. l. 3. c. 4. dub. 4. sine. num. 25. Rebell. de obligat. iust. 1. part. l. 2. quest. 14. sect. 7. n. 53. vers. Etiam etiam.

6. Quod si dominus libidinem aggressus petat, vt illum comiteris, & custodias, existimat Thom. Sanch. illo cap. 7. num. 23. esse omnino illicitum, si custodias, & comitatus dirigatur, vt inuadas alios concubinæ competitores, cum illi pugnaturus: hoc enim de se constat esse intrinsecè malum. At si solum vt custodias herum, si forte aliquis illum damnificare intendit, vel moneas, vt aufugiat, cum adest qui illum offendere possit, cenfer aliquando tibi licere, quia est quid indifferens talis custodia. Atqui maximo te periculo exponis non solum dominum defendendo, sed etiam excedendi modum defensionis, & ex alia parte tali securitate posita, dominus maiori libidine peccat, quam si timotibus ageretur, ideò maxima causa tibi necessaria est. Non explicat autem Thom. Sanch. quæ hæc sit: existimarem tamen debere esse si timeres non obediendo grauem iacturam in bonis fortunæ, honoris, vel corporis: leuior enim causa non videtur sufficiens.

7. Sed quid dicendum, si cogaris scribere, vel deferre litteras amatorias continentes turpia, & mouentia ad libidinem? Thom. Sanch. lib. 1. in decal. cap. 7. num. 26 existimat hæc profus esse illicita, neque vnquam honestari posse: idem tenet Bonac. q. 4. de matr. p. 14. n. 6. Rebell. 1. p. de obligat. iust. lib. 2. q. 14. n. 53. sine. quia verba turpia sunt intrinsecè mala, nisi inter coniugatos, aut sponsos de futuro. Ergo idem erit de scriptis. Idem à fortiori dicendum est de scriptis ad duellum prouocantibus, qualia essent, si in eis diceretur Coueniamus cras tali hora, & tali loco pugnaturi; quia hæc nulli bono vsui possunt deseruire. At hæc difficultatem ingerunt. Quia hæc scribere, vel deferre non videntur intrinsecè mala, si abstet te malus finis: turpia enim verba scribi possunt, sicuti scribunt Doctores, ad ponderandam malitiam illorum, qui ea ex malo fine proferunt, possuntque scribi, & dici non tanquam ex proprio matre, sed ex alieno. Item non serio, sed iustoriè. Ergo scribere hæc verba turpia de se non est intrinsecè malum, quia solum sunt turpia, & mala, quatenus à prauo animo procedunt; & in prauum finem diriguntur. Ergo secluso hoc animo, & hoc prauo fine mala non esse videntur, & à fortiori neque erit intrinsecè malum scripta illa deferre ad concubinam, poterat enim illa deferre, non vt moueatur ad coitum, sed vt illam irideat, & comburat. Ergo illa actio deferendi, quatenus à te procedit bono vsui deseruire potest. Et idem esse videtur de scriptis ad duellum prouocantibus, & ideò Eman. Saa verbo peccatum n. 9. edit. Complur. excusat famulos has litteras amatoris deferentes & licet Nauar. libro quinto, conf. 5. de panitent. sine. dānet mortaliter scribere concubinæ litteras, vt post canam peccet, ideò damnat, quia est circumstantia mali finis. Ergo si hic finis malus cesset ex parte scribentis, seu deferentis, cessabit ex parte illius peccatum. Neque obinde debent dici i) deferentes lenones, quia hæc faciunt necessitate preffo, non vt prauam ficti intentionem promoueant. Hæc sub dubitatione dicta sint, Vnum tamen est certum, hæc nunquam honestari posse, nisi vrgens causa intercedat. Secundo existimo, si dubium tibi negatiuum, vel probabile tibi sit, an hæc ser pra contineant verba iniuriantia ad libidinem, v. l. ad duellum, poteris, si famulus sis, deferre, quia in casu dubij ratione subiectionis; potes, imò pluribus Doctoribus placeat obligari esse obedire: & ita de hoc casu expresse tradit Rebell. 1. p. lib. 2. de obligat. iust. q. 14. n. 53. sine.

S s s Rurlus

8 Rursus si famulus sis alicuius gentilis poteris dominum ad idolotum templa comitari, & genu flectente domino, tu similiter genu flectere, taliter quod ex tali genuflexione non intelligaris idolum adorare, sed solum vrbatum esse, & debitum domino obsequium, prestare: nam si videntes intelligunt te idolo genu flectere, ex nulla causa tibi esset licitum, quia est intrinsece malum exteriorum cultum, & reuerentiam idolo exhibere, & iuxta hæc intelligenda est petitio Naaman ab Eliseo, vt adorante eius domino in templo Remmon, ipse similiter adoraret, 4. Reg. 5. n. 18. Si enim loquebatur de adoratione idolo exhibenda, omnino erat illicitum; & quod videatur loqui probat, quia petiuit ab Eliseo, vt deprecaretur Dominum sibi ignosci pro hac adoratione. Et propheta non approbans, sed permittens dixit, *Vade in pace.* Si autem non de adoratione Idolo facienda, sed de adoratione reuerentiali, & vrbata domino faciendâ loqueretur, vt locutum fuisse dicunt Lyra *ibi.* Azor. *rom. 5. in 1. lib. 8. cap. 27. quæst. 7.* Sanchez alios referens, *lib. 1. cap. 7. num. 21. & lib. 2. cap. 4. num. 14.* Suarez *defensio. fidei. lib. 6. cap. 9. & disp. 10. de char. sect. 3. num. 5.* Rebell. *1. part. lib. 2. de oblig. quæst. 14. sect. 7. num. 53.* Dicendum est approbati potuisse ab Eliseo. Aduertit tamen & optime Suar. *illa sect. 3. num. 5.* facili negotio posse Naaman declarare ex vrbatitate genuflexionem veri Dei, cui vt creditur, templum exædificauit, siquidem ad hunc finem terram ex Hierusalem aduxit.

9 Si verò de ministerijs iniuriôsæ actioni deseruientibus loquamur, & hæc indifferentia sint, sicuti sunt comitari furem, vel occisorem, sustentare scalam, dare gladium occidere volenti, & similia, tunc possunt in aliquo casu honestari, at hic debet esse grauissimus, & longè maior quam in superioribus actionibus, quia tunc non solum agitur de vitando heu peccato, sed præcipue de vitando periculo, & damno innocentis. Quocirca spectandum est damnum innocentis, & comparandum cum damno, quod tibi euenire potest ex cessatione talis ministerij; nam si damnum innocentis est vitæ, & tuum in pecuniis, & non multum graue, cui dubium esse potest te obligatum esse abstinerere, & pari illud damnum ne innocens peccet, & ita tenet Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 12. 18. 2. 2. 7.* neque est qui contradicat. Quod autem adiuuere scalam furanti, tradere ensem volenti occidere, vel ostendere vbi sit inimicus, sint actiones de se indifferentes probatur, quia possunt bono vsui deseruire, & solum ex malitia alterius in malum detorquentur: & ita tradit D. Thom. *4. disp. 23. q. 2. art. 2. quæst. 3.* Eman. Saa *verbo peccatum n. 9.* Salas *1. 2. tract. 3. disp. 3. sect. 1.* Vega. *lib. 5. sum. cap. 440.* Sanch. *lib. in Decal. cap. 7. num. 18. sine. Valq. de scand. quæst. 43. art. 8. dub. 7. de restit. cap. 9. §. 1. dub. 2. num. 39.*

10 Hinc oritur non leue dubium quæ causa sufficiens sit, vt à culpa liberentur captiui Christiani remigantes in Turcarum trahibus, vel apponentes scalas ad occupandam ciuitatem, vel porrigentes arma, ad Christianos occidendos.

Plures Doctores tenent nullam adesse causam excusantem à culpa, etsi à censura excuset: ita docuit Vgolin. *de censur. Papa referu. part. 2. c. 3. §. 2. vers. a comnes eorum fautores.* Toler. *sum. in exposit. bulla. Cæna. excom. 5. sine.* Nauarr. *sum. cap. 27. num. 53. & cap. ita quorundam de ludæis. notab. 11. n. 10.* Suar. *rom. 5. in 3. p. disputacione 21. sect. 2. n. 60. & segg. Pedræza. mandato 7. num. 29.*

Mouentur, quia cooperari bello iniusto, rapinæ, & decisioni innocentis est intrinsece malum, sed illi miseri captiui remigantes, & alia facientes hanc cooperationem videntur prestare. Ergo. Verum probabilius multo est nullam culpam committere hos remigantes, si timore mortis, vel alterius grauissimi damni remigent, aliæ officia indifferentia præstent: quia ij non directè, sed indirectè cooperantur: cooperatio autem indirecta fit per actionem de se indifferentem honestari potest causa graui intercedente, vt de cooperatione indirecta ad libidinem, ad intemperantiam, ad irreligionem admittunt communiter Doctores. Ergo. Quod autem remigatio, & alia huiusmodi prout à captiuis procedit actio sit indifferens, inde constat Quia ipsi nihil aliud faciunt, quam applicare nauem, scalas apponere, propugnacula deferre, quibus factis poterant Turcæ nullum damnum Christianis facere. Ergo actio prout ab illis procedit, non trahit damnum necessarium. Secus est de emissionem sagittæ, vel bombardæ, hæc enim secum necessario trahunt damnum proximi in vita, ac proinde intrinsece mala sunt, neque vquam honestari possunt. Petrus de Nauarra *lib. 3. de restit. in 21. c. 4. dub. 4. n. 51. 2. edit. Cordub. quæst. 137. dub. 2. Salas 21. tit. 3. disp. 3. sect. 1. num. 30. corol. 1. Molina tit. 1. de iustit. disp. 115. Concl. 1. Lessius lib. 2. de iust. c. 9. dub. 18. n. 122. & cap. 13. dub. 3. num. 30. Sanch. alios referens lib. 1. in decal. cap. 7. num. 18. Rebell. 1. p. de obligat. iustit. lib. 2. q. 14. sect. 7. n. 52. Valq. q. 43. art. 8. de scand. dub. 7. & tract. de restit. cap. 9. dub. 2. §. 1. num. 59.*

11 Limitant tamen bene Salas, Sanch. Mol. Lessius, Rebell. Valq. non excusari timore mortis remigantes, si videant damnum graue reipublicæ Christianæ ipsis non remigantibus euitari posse, quia tunc tenentur propriam vitam ob commune bonum exponere. At raro, vel nunquam hic casus potest contingere, in quo aliquis in particulari obligatus maneat. Quia raro potest aliquis sibi persuadere alios cessaturos fore à remigando, si ipse cesset, & sola cessatione ipsius damnum commune euitari.

12 Maior mihi est dubitatio de aliis actionibus directè, & per se proximo iniuriôsæ, quales sunt eius domum perfingere, deuasare, bona furtipere: hæc enim non videntur vilo modo honestari posse: & ita docet Egid. de Coniug. *disp. 31. de char. dub. 7. n. 104.* referens Lotca, *disp. 51. Cæterum timore mortis hæc honestari posse docet optime Mol. tit. 2. de iust. disp. 115. concl. 4.* Quia tibi licitum est exterrere bonis proximi vti, prout necessarium est ad vitandam calamitatem necessitatem, sed illa deuasare, capere, & asportare, trahereque inuicem mortem est tibi necessarium ad illam vitandam. Ergo id facere potes. Neque dominus illatum remum debet esse iniustus, sed potius debet ex charitate conuincere, neque actionem prout à te fit iniuriôsam reputare, conuincit ex parte Lessius *l. 2. de iustit. c. 18. dub. 3. num. 30.* affirmans has actiones iniuriôsas esse, nisi forte facias animo compensandi, quia tunc dominus debet permittere, ne grauissimum malum incurras.

PUNCTVM XII.

Quæ causa excuset locantes, & vendentes domos, cibaria, vestes, meretricibus, & vlturariis, quæ meretricum patronos, quæ pingentes Adonidem nudum, vel concubinam amafio.

- 1 De locatione, & venditione domus, vestium, & alimentorum communis tenet sententia absque ulla causa se libere facere posse.
- 2 Imò carius potes locare domum iis peccatoribus quàm aliis honestis personis.
- 3 Si tua domus aptior est ad malam negociationem vel turpitudinem, non licet tibi si commodè potes, illi encudere.
- 4 Vlturariis alienigenis domus locari non possunt.
- 5 Patroni meretricum si contenti essent officio sui à reipublica designato sustinere possunt. At vt ipse se gerunt vix abstinent possunt.
- 6 Pingentes Adonidem, concubinam amafio, idolum Ethnicum excusari possunt, si grauissimo metu compellantur, vni aliter.
- 7 Satisfit obiectioni cuiusdam de Horis.

1 **C**ommunis sententia docet nullam causam ad hoc requiri, sed libere te posse locare, & vendere domum, cibaria & vestes meretricibus, & vlturariis, ad illorum habitaculum, & sustentationem. Primò, Quia hæc omnia à peccato remota sunt, cum non sint illius materia, neque occasio, Sanch. *lib. 1. in decal. cap. 7. num. 20.* Lessius *lib. 2. de iust. cap. 24. dub. 7. Valq. de scand. quæst. 43. art. 8. dub. 5. fin. Rebell. lib. 14. quæst. 17. num. 8. Bonac. quæst. 4. de matrim. p. 14. num. 5. Valent. 3. tit. disput. 5. quæst. 20. p. 5. pag. 1133. vers. Ex hoc autem & quæst. 2. 1. p. m. 10. 4. circa finem Azor. 2. tit. iustit. lib. 12. cap. vlt. quæst. 3.* Secundò, Vtens iure proprio tuas locando & vendendo. Tertio, Peccatum illicum non teneris impedire. Siquidem nec reipublica impedit, cum possit, imò ea permittit ob grauiora mala vitanda. Hæc rationes probant te posse iis vendere, locare domum, vestes, & alimenta, esto æque bene aliis possis locare.

2 Aduertit tamen Nauarr. *sum. cap. 17. num. 195. §. respondimus,* non licere tibi domum locare meretricibus carnis, quam locaretur honestis, eo quod magis lucrentur, quia videris esse particeps lucri obuenientis ex peccato. Verum hæc limitatio mihi non probatur, quia neque talis locatio est contra castitatem, neque contra iustitiam, non contra castitatem, quia sicut locare domum, & recipere pretium locationis, etiam si sit pretium ex turpitudine acquiritum, non est contra castitatem, neque etiam est recipere maius pretium, quia non ob turpitudinem, sed ob domum locatam recipitur. Item hæc difficultas imenendi domos accommodatas potius retardat à meretricio, quam compellit. Quod verò non sit contra iustitiam inde constat, quia ex habitatione meretricis, & vlturarij domus vilescit, & conuenienter minoris postea conducenda est, & ratione huius damni poteris plus locare meretrici, quam feminæ honestæ.

- 3 Verum etsi hoc ita sit, si tamen tua domus aptior sit

ad illam execrandam negotiationem, & turpitudinem, existimo te teneri nec vendere, nec locare is perditis personis si inuentas alias, quibus loce: quia lege charitatis teneris vitare peccata, quae possis abique tuo graui detrimento, praecipue cum republica solum intendas habebationem concedere ad vitendum, non aptitudinem ad peccandum & ita tenet Bonac. Valen. Sanch. Rebell. *supra*. Idem quod dictum est de hac domo, dicendum est de veltibus, quae magis ad ornatum, & ad inuenum animos alliciendos deseruire possunt, quam ad necessitatem.

4. Aduertendum tamen est vsurariis alienigenis, hoc est, qui ex alio regno originem trahunt, nullo modo posse domos locari, vel alio modo ad habitandum concedi, quia ita conuenit, *cap. 1. de vsuris. in 6. vbi* contrafacienti- bus, si Episcopi, suspensionis poena imponitur ipso facto, minus excommunicantur, communitas interdicitur, laici ab ecclesiis per censuras debent compelli. Addit vero Lessius *lib. 2. c. 24. d. 7. sine*, hanc constitutionem multis in locis non feruari, quia passim à principibus, & republica admittuntur ij vltimij Episcopis minime contradicentibus. Sed forte non aduertimus, an alienigenae sint.

5. Patroni meretricium (quos vulgo *padres de las manco- las* appellant) destinati sunt à republica solum vt meretrices lenocent inuolantes, & morbo contagioso laborantes expellant, & conuenit essent hae vii occupatione, possent sustineri, vt praeter Terr. de Ledesma, & Man. docet Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 32*. At limites illius excedunt, & pluribus meretricium peccatis implicentur, quia fauent pulchrioribus, & quae quatuor maiorem comparant, illasque ad mundi- tas deferunt, & videndas exponunt, & pluribus viis curant, & tam turpi lucro recedant: ob quae optime dixit Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7. num. 32*, difficillimo negotio hos ab- solui posse.

6. Pagens concubinam, illiusque picturam amasio tri- buent. Et idem est de pictura Idoli ad peccationem ethnici, quauis actio de se indifferens sit, & bono viui deseruire possit, ac proinde ex aliqua graui causa honestari, vt docet Thom. Sanch. *lib. 1. in Decal. cap. 7*, quia tamen fomentum est, & incitamentum turpis amoris, vel idololatriae, mortale pec- catum est, nisi pressus aliqua grauissima causa faceres. Haec autem causa grauis non est amissio lucri ex tali pi- ctura, aliis semper tibi liceret haec pingere. Quare illam solum causam sufficientem putarem, quae grauem metum mortis vel venerationis valeret incurere: Fabricatio enim eius picturae, illiusque donatio homini sic deperdito, est quasi donatio gladij parato occidere, & ita sine vlla distinc- tione esse peccatum mortale, docent Azor. *tom. 2. in sin- gular. lib. 12. cap. ult. q. 9* Bonacina *disp. 2. peccat. q. 4. p. 2. §. vnic. c. 19*.

7. Coniuch vero *disp. 18. de infidelit. dub. 18. n. 113*, credit ad vltimum metum licere pingere idolum, vestem sacerdotia- lem licere ad peccationem infidelis, quia in illis circumstantiis certa illa fabricatio in honorem facti cultus, & est quadam figuratiua: siquidem famularis infidelis, & vt illius instru- mentum agis, cum agis ad eius peccationem. Quapropter plu- res caupones maluerunt grauissima tormenta perpeti, quam solida ad peccationem Imperatorum fabricare, sicut de Marco Anthonio Episcopo testatur Theodor. *lib. 3. histor. cap. 5*. At credo grauissimo metu excusari posse, si à te non expolu- taris in contemptum religionis, neque scandalum adsit te in contumeliam. Nam fabricatio idoli, & concubinae pictura mortales mala non est, sed saepe honestari potest. Quod au- tem sit ad peccationem illius, qui illa ad malum finem vsutus est, non constituit in fabricante malitiam, quia ipse non fa- miliariter petenti in illa mala intentione, sed in te petita, & hoc ex necesse, neque agit vt instrumentum mali operis, sed ex ipsa indifferens.

PUNCTUM XIII.

Quae causa excuset deponentem pecunias apud vsurarium, quibus creditur vti debere ad vsu- riam, & deponentem vinum apud tabernarium, qui creditur venditurus fore mixtum aqua.

- 1. Probabilis est causam grauem in deponente pecunias requiri.
2. Si tabernarius vendit vinum mixtum aqua, quod tu ha- bes, apud illum depositum, pro viribus venditionem im- pedire teneris, si scias, & ad restitutionem obligaris: si te ignorante contingat venditio restituere debes, in quo fueris factus locupletior.
3. Vinum his simulationibus vendere non potes, si commodi possis venditionem excusare.

Et in Caletan. Aragon, Bannes, & alij relati à Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 7. n. 36*, nullam causam in deponente *Ferd. de Castro Sum. Ador. Pars 1.*

pecunias exposuissent; quia haec pecuniarum depositio non vi- detur vsurarium causa, sicut nec locatio domus. Nihilominus tamen probabilius existimo, cum Sanchez *supra*. Nauar. *sum. cap. 14. n. 40. vers. duodecimo*. Molin. *to. 2. de iust. disp. 331. vers. de eo qui apud vsurarium*. Valent. *2. 2. disp. 5. q. 2. 1. p. 1. sine*. Rebell. *de inst. p. 2. lib. 8. q. 16. §. 4. n. 20* requiri necessariò causam grauem, si cessante tua depositione vsura non exercen- tur, vel non exercerentur in tanta quantitate: quia in praesenti non solum est obligatio vitandi peccatum vsurarij, sed etiam damnum, quod recipiunt mutuarij. Quapropter Vasquez existimat deponentem obligatum esse restituere vsuras, quas mutuas accepit ex tua pecunia mutuata, quia praebuiti mate- riam iniustitiae, sicuti obligaris, cum praebes enim volenti oc- cidere inimicum. Idem tenet Basild. de Leon *lib. 5. de matrim. cap. 18. §. 4. n. 23*. Dura tamen est obligatio, neque ab alijs Doctoribus admittitur, quia deposita pecunia est causa nimis remota tenoris: indiget enim voluntate sceleratoris, & vo- luntate foris concedentis. Quae autem causa grauis sit honestandi hanc depositionem, affirmo esse securitatem pecu- niae, si enim tibi ad huiusmodi finem necessarium esse de- ponere pecuniam apud praedictum numularium, neque in- ueniri alium apud quem securam serues, poteris absque peccato deponere, neque vsurae inde acceptae tibi debet im- putari.

2. Aliter de depositione vini philosophandum est, si vi- num apud tabernarium deponas, ipsaque vendat aqua mixtum, & concius sis illius delicti grauius peccas, si pro vitibus non impedis, quia cum vinum sit tuum, & non tabernarij, tu proprie vendis, & non ille, ac proinde omnia damna teneris reparare. Quod si ipse te ignorante vendidit, teneberis resti- tuere ea in quibus factus fueris locupletior.

3. Verum si vinum apud tabernarios non fuit deposti- tum, sed à te venditum; sciebans tamen tabernarios ite- rum vendituros non purum, sed aqua mixtum, vel alio modo simulatum. Tunc dicendum est te obligatum esse ex charitate iis simulatoribus vinum non vendere: si alios inue- nias, de quibus iure non praesumis simulationem, quia teneris quoad possis peccata impedire, & praecipue, quae in dam- num terrij veigunt. At si cogeris vinum inuenditum habere, cum hoc tibi graue, & molestum futurum sit, poteris peccatum illorum permittere vtendo iure tuo. Sic Sanchez *lib. 1. cap. 7. n. 37*.

PUNCTUM XIV.

Quae causa excuset tabernarios, caupones venden- dentes vinum scienter inebriaturis, cibaria so- luturis ieiunium.

- 1. In vendente vinum inebriaturis causa grauis desidera- tur. Et quae haec sit.
2. In vendente cibaria soluturis ieiunium, minor causa, sed grauis desideratur, qualis est diminutio emptorum ex denegata venditione: nunquam tamen est censenda sufficiens causa amissio lucri quod ex eana vendita provenire potest.

1. IN vendentibus vinum inebriaturis constat debere esse causam grauem, qualis esset, si timeres ab ementibus affici iniuria, eo quod vinum denegares, vel multum dimi- nuendos esse emptores: cum enim ebrietas peccatum sit non solum ebrio damnosum, sed periculosum alijs; hanc grauem causam expostulari subministratio materiae illius: illa autem causa posita, cum venditio de se sit res indifferens, honestari sufficienter potest: & ita relato Valent. *2. 2. disp. 5. quast. 2. 1. punct. 4. vers. unde ad argumentum* Caiet. & Man. tenet Sanch. *l. 1. in Decal. c. 7. num. 33*.

2. In vendentibus item cibaria soluturis ieiunium etiam causa desideratur minor, quam in supradicta venditione vini, quia solutio ieiunij non est peccatum alijs periculosum, causa tamen est sufficiens, si ob denegata cibaria, timeres dimi- nutionem emptorum, praecipue cum raro ex tua denegatione vitatio peccati obrineatur, alij enim te deficiente cibaria mi- nistrabant & ita alijs relatis docet Sanchez *num. 34*. Nun- quam tamen existimarem esse sufficientem causam amissio- nem lucri quod tibi ex eana vendita soluturis ieiunium pro- uenire potest, quia hoc leuissimum quid est, vt propter illud graue peccatum permittendum sit, & materia illius submini- stranda.

An sit aliqua causa excusans præbentem munera concubinae iudicis, ab illaque petentem, vt iudicem in negotio interpellet.

- 1 Sanchez. sentit nullam esse posse causam excusantem.
- 2 Tamen si hoc consensendum sit. Probabilius censo causam excusantem adesse posse.

1 Sanchez lib. 1. cap. 7. num. 38. existimat nullam esse posse causam has actiones excusantem, eo quod petitur a concubina, quod ipsa licite præstare non potest: non enim ipsa licite potest inuicere iudicem, illi scribere, aut intermuncium mittere, siquidem iis omnibus fouet turpem amorem, & saltè se, & iudicem periculo peccandi exponit. Item, quia videtur inordinatum turpi amore concubinae causam, & iura defendere.

2 Hæ rationes probant sanè semper ita consensendum esse. At si negotium graue sit, videatque iudicem non tibi esse propitium; spes autem intercessione concubinae gratum fore, neque alia via appareat, quo possis illum ad seruandum tuum ius insectare, credere tibi licere petere à concubina, vt in tali negotio intercedat quia non petis aliquid, quod ipsa licite præstare non possit. Nam licet illa intercessione iudex, vel concubina foueant turpem amorem, hoc tu non intendis, neque illius momenti es causa. Nam stante illa intercessione adhuc iudex, & concubina poterant à praua voluntate se continere. Ergo intercessio de se mala non est. Quòd verò media illa intercessione concubina, & iudex periculo peccandi exponantur, non obstat quominus id licite fieri possit vigente graui causa: nam, vt diximus in tract. 2. de peccat. disp. 2. p. 9. §. 3. licitum est ob grauem causam sepe periculo peccandi se exponere, quia periculum peccati in tali casu non est peccatum. Neque etiam reputari debet inordinatum, obligatione, & amore ex peccatis iam factis acquisito vti aliquando ad bonum finem, scilicet vt iustitia feruetur, & vnicuique suum ius reddatur & ita tradit Bonacina disp. 2. de peccat. quest. 4. punct. 2. §. unico, num. 24.

PUNCTUM XVI.

An opus consilij, vel præcepti ob scandalum fratris omitti debeat.

- 1 Præceptum negatiuum nunquam est omittendum.
- 2 Præcepta affirmatiua, si positua sint, plures Doctores censent ob scandalum omitti posse.
- 3 Probabilius censo nulla præcepta omittenda esse.
- 4 Fœmina non tenetur cessare à Missa præcepta, eo quòd sciat ab alio turpiter amari.
- 5 Satisfit argum. num. 3. adductis.
- 6 Opera consilij non sunt omittenda ob scandalum ex malitia, differenda tamen ob scandalum ex infirmitate.
- 7 Fœmina non debet nisi ad summum aliquoties à Missa audire, vel recreatione honesta cessare ob turpem alterius amorem.

1 Si præceptum sit negatiuum, constat ob nullam causam omitti posse eius obseruantiam, non enim potes fornicari, occidere, furari, vel aliam prauam actionem efficere ad vitandum proximi scandalum, quia non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona.

2 De præcepto affirmatiuo potest esse dubitatio, an aliquando cesset eius obligatio ob scandalum vitandum; Couarr. reg. peccatum, 1. p. à n. 4. affirmat ob scandalum cessare obseruantiam præcepti affirmatiui, & aliquando naturalis; consentit ex parte Suar. disp. 10. de scand. sect. 4. n. 9. & 10. Valent 1. 3. disp. 3. p. 4. q. 18. §. 2. Saa verbo Missa auditio n. 3. Lorea q. 4. in sum. q. 10. Fauent plures Doctores dicentes ob scandalum omitti posse integritatem confessionis. Syluest. confessio 1. q. 18. Sotus in 4. disp. 18. q. 2. art. 5. Medin. C. de Confess. q. de integritate confessionis semper seruanda Nauarr. 7. n. 3. Petr. de Soto lect. 10. de confess. Canus in relect. de poenit. p. 5.

Mouentur, quia obligatio præcepti naturalis præferenda est obligationi præcepti positui, sed obligatio vitandi scandalum est præcepti naturalis. Ergo omittenda est obligatio præcepti positui ob obseruantiam præcepti naturalis. Confitemur ex cap. duo mala, 13. disp. vbi cum duo mala occurrunt, cauetur minus esse eligendum; sed minus malum est non obseruare positua præcepta, quam naturalia. Ergo cum vitatio scandalum sit de præcepto naturali, præferenda est eius obseruatio præcepto positui. Secundò vita spiritualis proximi excellentior est corporali; sed ob vitam corporalem proximi tuendam omitti debet obseruatio præcepti positui, v. g. ieiunij, vel Missæ. Ergo etiam ob seruandam vitam spiritualem ipsius. Tertiò sæpè plura præcepta ob vitanda scandala cessant, quæ aliis obligarent. Correctio proximi cessat, si ipse correctione obstinatio futurus est, punitio delinquentis, si inde debet insurgere seditio in republica. Ergo etiam præceptum facti, vel

ieiunij poterit cessare, si inde proximus scandalizandus est. Nihilominus dicendum exitimo ob vitandum præcepti scandalum, non esse emittenda vlla præcepta. ita D. Thom. 2. 2. q. 43. n. 7. Anton. 3. p. 1. 7. c. 4. §. 5. Nauarr. sum. c. 14. n. 44. v. 7. vigesimo septimo. Valq. pluribus relatis q. 43. art. 7. d. h. 1. n. 4. Basil. de Leon lib. 5. de matr. c. 18. §. 2. n. 7. & sumitur ex c. quòd scandalizauerit, de reg. iur. ibi, vltius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquitur: & videtur tradi ab Innocent. III. c. cum ex iniuncto, de noui operis nunciis, circa med. operalla quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, neque ea debent pro vitando scandalo committi, quæ sine mortali committi non possunt; & licet Couarr. in reg. peccatum, 1. p. n. 4. c. segg. & Suar. de charit. disp. 10. de scand. n. 9. affirmet loqui Pontificem de præceptis, quæ occurrente occasione scandali obligant: hoc tamen, vt bene dixit Valquez supra, sustineri non potest. Est enim friuola dispositio Pontificis, si affirmet ea præcepta seruanda esse occurrente scandalo, quæ re vera in ea occasione obligant, neque hoc ignorare potuit Episcopus, cui Pontifex scriberet. Voluit ergo eum intrudere de aliqua re, quæ difficultatem habere posset: ac proinde doctrinam generalem tradidit, dicens, ob scandalum non esse præcepta omittenda. Ratio autem quare occurrente scandalo præcepta non cessent, ea est, quia scandalum tunc non est datum, sed acceptum: non enim scandalum censetur dari, qui præceptum sibi impositum exequitur, executio namque præcepti neque est mala, neque speciem mali habet. Item obligatio cuiusque de vitando scandalo, est obligatio secundaria; prius enim tenetur quis propriae salutis consulere, quam alienæ, & præcepta sibi imposita adimplere, quam curare, vt alius adimplat: hoc enim est reclus ordo charitatis. Ergo non poterit præcepta sibi imposita omittere, vt alius præceptis sibi impositis satisfaciat. Et confirmo Si Petrus, qui tibi est inimicus, mittat Missam, eo quòd tu ad illam accedis, non poteris vilo modo Missam omittere, velle Missam audiat. Ergo ob scandalum non sunt omittenda præcepta.

4 Ex quo fit feminam credentem turpiter à viro ad mari, non obinde teneri relinquere Missam de vilo, quia ipsa exequendo præceptum non censetur probare occasionem peccandi, sed alium illam artipere ex sua malitia. sic Suar. som. 3. in 3. p. disp. 88. sect. 6. §. quartum c.

5 Argumenta contraria non videntur.

Ad primum concedo gratis præceptum naturale præferendum esse positui. At nego adesse obligationem vitandi scandalum, quando adest obseruantia præcepti positui; non enim vitatio scandalum obligat semper, & pro sepe, sed quando adfuit aliqua circumstantia, quarum vna est esse sine proprio dano. Sicuti præceptum est naturale, ne proximus infametur non vtiqueque, sed absque rationabili causa. Ad confirmationem concedo ex duobus malis minus esse eligendum. At concurrente præcepto positui cessat circumstantia necessaria, vt præceptum de vitando scandalo obliget, & consequenter iam cessat comparatio.

Ad secundum fateor vitam spiritualem proximi excellentiorem esse corporalem. At quia vita spiritualis proximi propria voluntate amittitur, ideo non tenemur ob illius conseruationem omittere obseruantiam præcepti positui. Dices, etiam vita corporalis propria voluntate amitti potest, vt si quis se vellet occidere, & tamen ad impediendum huiusmodi damnum, potes, & debes. M. flæ, vel ieiunij præceptum omittere. Ergo amitti propria voluntate spiritalem vitam non obest obligationi omittendi obseruantiam præcepti positui; Respondco primò, esse per accidens propria voluntate temporalem vitam amitti, per se autem spirituale tenetur, quod alio modo amitti non potest. Secundò respondco, ad conseruandam vitam temporalem alterius obligas vitæ misericordiam, quæ primò, & per se obligat, & cum hæc obligatio maior sit & efficacior obligatione audiendi Missam vel ieiunandi, iuxta illud, Misericordiam volo, & non sacrificium, ideo anteponenda est eius obseruantia. At impedit peccatum alterius, & eius vitam spiritualem conseruare, cum non te obliget directè primò, & per se, sed secundariò, ideo non debes præceptorum obseruationem ob eius causam omittere. Non enim obligas impedire peccatum alterius, nisi cessante ab opere, quod agitur: at nulla virtus per se obligat cessare ab operibus præceptis, & impediat proximi peccatum, quia non est medium proportionatum.

Ad tertium nego vllum præcepti cessare præcepto vitandi scandalum; correctionis enim præceptum cessat, cum proximus obliuiscitur est futurus, quia mater a illius est emendatio fratris, quæ cum non speretur, cessat obligatio; punitio enim delinquentis in bonum reipublice ordinatur. Ergo cum ex illa manus damnatum reipublice pronent, cessat eius obligatio. At obligatio audiendi Missam, v. g. non attendit an proximus inde scandalizandus sit, vel non: & ita semper obligat quocunque scandalo posito. Si autem punitus ex adimplente præcepti fuerit occidit peccandi contra iustitiam, tunc teneris abstinere à præcepto

PUNCTVM XVII.

An iacturam rerum temporalium facere debeas, ne proximus peccet.

Raro, vel nunquam ad id obligatus es.

Raro, vel nunquam teneris in propriis bonis iacturam grauem facere, ne proximus etiam ex infirmitate inde accipiat occasionem peccandi, quia generaliter loquendo, non teneris peccatum alterius accusare, cum graui tuo incommodo, & detrimento; reputatur enim tunc talis excusatio mortaliter impossibilis, vt dixit Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 7. num. 11. Si vero dominus non est bonorum, sed dispensator, & administrator, a fortiori non debes iacturam facere bonorum, quorum habes administrationem, vt peccatum proximi tibi cures, quia ob vitandam ruina alterius non videtur tibi cessare obligatio prospiciendi pro illis bonis. Adde, tunc solum ceteris dare scandalum, & proximi peccatum velle, quando absque iusta causa peccatum eius non impedis, sed quando cessas impedire, ne Ecclesia, vel pupillus iacturam patiat in bonis, quorum tu habes administrationem, iustam causam habes non impediendi. Ergo tunc scandalum non causas, ita Suarez disp. 10. de charis. sect. 4. n. 10. Basile de Leon lib. 5. de iur. cap. 18. §. 1. num. 15. vbi addunt interdum licere pati iacturam in propriis bonis (de quo nemini est dubium) ne proximus peccet, sed etiam in bonis alienis, quorum tu habes administrationem: & hac ratione excusant a precepto Pontificem, qui simulat, vel coniuuet, quando Princeps secularis vti par bona temporalia Ecclesie, ne scilicet grauiora damna innocentibus fiant. Et haec de charitate, quae vitium in cordibus nostris semper inhabitet.

recepto positio audiendi Missam, vt praecaueris iniustum peccatum ipsius, non quatenus peccatum ipsius est, sed quatenus tale peccatum redundat in damnum tertii, cuius vita, honor, & fame primo, & per se tenetis prospicere. De operibus vero sub consilio, an omittenda sint ob scandalum, distinguendum est, si scandalizatus peccat ex malitia, vel ignorantia affectata, quod contingit, cum ex proprio affectu, & malo habitu peccat, nullo modo omittenda sunt opera consilij. Non enim iustum est malitiam alterius, cum damno nostro spirituali, imò nec temporali consulere; cuius quilibet possit sua malitia bona spiritualia, & temporalia nobis impedire & probari sufficienter possit ex illo. Mathe. 17. vbi Christus de scandalis Phariseorum non curauit, dicens: Sinite illos, caeci sunt, & duces caecorum. Verum si ex ignorantia, seu passione peccat, omitti debent, aut differri opera consilij, quouique frater admonetur, quia charitas postulat, vt aliquo modo infirmitati proximi, eiusve ignorantiae indulgeamus, omittendo, vel differendo pro aliquo tempore ea, quae nobis ad salutem necessaria non sunt. Neque tunc obligaris omittere absolute opus consilij, sed illud commutare in melius, scilicet in praecauendo proximum a peccato, eaque de causa dixit Ios. Sanch. in select. disp. 37. n. 10. ad operibus consilij non esse abstinendum ob scandalum ex malitia, ob scandalum ex infirmitate semel, & iterum: ita tradit S. Thomas 2. 2. q. 43. art. 7. cap. 3. Valquez ibi opus. de scand. dub. 2. n. 10. vbi dicitur igitur opinio. Suarez de charis. disp. 10. sect. 4. n. 10. Lucea 2. 2. q. 43 in summ. quest. num. 11. Basile. de Leon lib. 5. cap. 18.

Ex his infero posse mulierem ornata iuxta consuetudinem patrie domo exire causa audiendi Missam, vel se recedendi, etiam si sciat aliqui & aliquos ex malitia peccaturos, si sciret aliquos ex infirmitate peccaturos, debet aliquoties se abstinere. Aduertit tamen Valquez num. 23. nunquam tamen peccatum esse peccatum ex infirmitate, vel ignorantia, nisi cogoscatur qualitas, & conditio personae, de qua timetur.



DE
STRO
VLAO
TOM,
I III